



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Dubium I. Quæ sit ejus materia & forma.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42624

saltem partialiter imperari ex motivo virtutis
pœnitentiæ, etiam agemus, in quantum illi
sunt partes vel requisita ad Sacramentum pœ-
nitentiæ.

CAPUT I.

De essentia Sacramenti pœnitentiæ.

DUBIUM I.

Quæ sit ejus materia & forma.

579. **R**esp. Materia remota & necessaria, est om-
ne peccatum mortale, post Baptismum
commissum, & non confessum. Materia suffi-
ciens etsi non necessaria, est omne veniale post
Baptismum commissum; vel etiam mortale,
aliàs rite confessum. Materia proxima sunt
actus pœnitentis, contritio, confessio & satis-
factio, quarum ultima est integralis tantum,
(ut patet in infirmo, qui si ratione destituatur,
solet absolvi abique satisfactione) duæ prio-
res sunt essentielles, ut communiter docent
contra Scotum, qui totam essentiam ponit in
absolutione. Porrò peccata sunt tantum ma-
teria circa quam; actus verò pœnitentis, ma-
teria ex qua. *Laym. l. 5. t. 6. c. 3. ex communi. Unde*
resolves,

I. Etsi peccatum mortale remissum quo-
modocunque sit, teneris tamen confiteri, si
non fecisti. *Trid. sess. 14. c. 5.*

II. Omitti possunt venialia, vel omnia, vel
aliqua; item mortalia semel rite confessa, v. g.
in Confessione generali, ut docet *Dian. p. 3. l. 4.*
res. 56. Lug. d. 16. n. 56. contra Victoriam, Ledes. &
alios,

alios. In qua etiam non esse necessarium adde-
re peccato mortali, quod post ultimam con-
fessionem sit commissum, docet *Bon. d. 5. q. 5. f.*
2. p. 2. Dia. to. 2. t. 4. R. 62. & tom. 3. t. 3. R. 65. Lug. n.
47. ex Sanch. & Kon. quod est probabile; nisi cir-
cumstantia aliqua, v. g. speciem mutans, vel
reservatio casus, vel proxima peccandi occa-
sio aliquid requirat, & pœnitentia sufficiens im-
ponatur, *Lug. Tamb. de exp. conf. l. 2. c. 1.* Tutius
tamen est nova ab antiquis secernere.

III. Ponenda semper est materia certa, qua-
lem esse negat *Sanctius in sel. d. 7.* apud *Dia. p. 3.*
t. 4. R. 52., quod quis non responderit divinis
inspiracionibus; non fecerit bonum, quod po-
tuit, & similes imperfectiones. In quibus ta-
men exponendis, non tenetur Cōfessarius im-
pedire pœnitentem, ut docet *Lug. n. 103.* con-
tra *Sancium*. Quod si haberi certa non possit,
pro ratione dubii danda est absolutio; ut sub
dubio, si materia prorsus dubia sit; vel absolu-
ta, si certa videatur. Ita *Suar. Lay. c. 3.* & alii
commun.

Resp. II. Forma Sactamenti Pœnitentiæ sunt
verba absolutionis: EGO TE ABSOLVO A
PECCATIS TUIS; (ubi licet de essentia tan-
tùm sit, ABSOLVO TE; debent tamen addi
reliqua, præsertim in articulo mortis, secun-
dùm quosdam, sub mortali, secundùm alios,
sub veniali, ut *V. Granad.*) voce prolatâ in
præsente; absente enim *Clemens VIII.* absolvi
prohibuit, sub pœna excommunicationis. *Un-*
de resolves.

I. Invalidum est absolvere nutu, signo aut
scripto: item absolvere absentem quod docuit
Alensis, Medin. & alii; sed vetitum nunc, ut mo-
dò dictum.

II.

II. Valida est absolutio, si reverentiæ causâ
 dicas: Absolvo dominationem, excellentiam
 vel majestatem vestram; &c. quia non muta-
 tur essentialiter, & sunt verba æquivalentia,
Aversa v. suprâ t. 1. c. 1. d. 2. Non valet autem,
 si dicas: Absolvat te Deus, vel absolvat te
 Christus, *Aversa* q. 12. J. 2.
 III. Orationes præviæ & subsequentes for-
 mam, ut, *Misereatur tuî, &c. & Passio Domini,*
&c. quæ secundum *Trid.* laudabiliter addun-
 tur, non sunt necessitatis; & ex causa rationa-
 bili omitti possunt, v. g. si breves sint confes-
 siones, vel multi confitentes, (ut v. *Dia. p. 3. t. 4.*
R 97. tunc enim sufficit dicere, *Absolve te à pec-*
catis tuis in nomine, &c.) vel si timeatur censu-
 ra, *Absolve te à vinculo excommunicationis; dein-*
de à peccatis tuis, &c. v. Sa V. Absolutio.
 IV. Elevatio manûs, ejusque impositio in
 caput; item formatio Crucis, est libera, etsi de-
 beat servari consuetudo, *Lay. c. 5.* ubi idem dicit
 de apertione capitis. Forma autem Clementis
 VIII. ut tradit *Sa, & Rituale Romanum,* est hæc,
 quâ ut omnes utantur, suadet *Paulus V.* ideoq;
 omnibus tenenda memoriter: *Misereatur tuî*
omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perdu-
cat te ad vitam æternam, Amen; deinde elevata
 manu pergit: *Indulgentiam, absolutionem & re-*
missionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipo-
tens & misericors Dominus, Amen. Dominus no-
 ster *JESUS* Christus te absolvat, & Ego auctorita-
 te ipsius, te absolvo ab omni vinculo excommunica-
 tionis, suspensionis, (quæ vox circa laicos omit-
 titur) & interdicti, in quantum possum, & tu indi-
 ges. Deinde ego te absolvo à peccatis tuis, in nomine
 Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Amen. Passio
 Domini

Domin
 um SS
 tibi in
 & præ

QU
 à SS. F
 post n
 ciliatio
 exome
 simè d
 nam h
 confesi
 quente
 fio, ita
 tum.

J. 2
 tuisse S
 ria Co
 pœnit.
 dixerit
 Sacram
 in pecc
 Domin
 tra Mo
 access
 uti ref
 Ill. nu
 J.
 Christ
 omne
 dub. 2

Domini nostri JESU Christi, merita B.V. & omni-
um SS. quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sit
tibi in remedium peccatorum, augmentum gratiæ,
& premium vitæ æternæ, Amen.

A D D E N D A.

Quest. 83. Quid hic prænotandum. R. seqq. §. 580.

§. 1. Hoc Sacramentum variè appellatur à SS. PP., nempe secundus Baptismus, secunda post naufragium tabula, Sacramentum reconciliationis, absolutionis, confessionis; græcè exomologesis, latinè accusatio &c. Frequentissimè dicitur pœnitentia, quia partes illius pœnam habent, nam contritio habet dolorem, confessio ruborem, satisfactio molestiam: frequenter etiam in communi usu dicitur Confessio, ita ut hoc nomine veniat totum Sacramentum.

§. 2. De fide est, Christum in Ecclesia instituisse Sacramentum Pœnitentiæ, nam post varia Concilia ita docet Tridentinum sess. 14. De pœnit. cap. 1. ac definit can. 1. his verbis, *Si quis dixerit in Catholica Ecclesia non esse verè & propriè Sacramentum pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, à Christo Domino institutum, anathema sit.* Est autem contra Montanistas & Novatianos, ad quos postea accesserunt Lutherus, Calvinus aliique asectæ, uti referunt Bellarm. l. 1. c. 9. Tann. q. 1. num. 3. Ill. num. 1.

§. 3. Hoc Sacramentum est institutum à Christo post Resurrectionem, uti nunc tenent omnes passim contra Armacan. apud Dicast. d. 4. dub. 2., qui putavit institutum esse à Christo sub

sub initium prædicationis ; item contra alios apud *Tann.* num. 6. , qui dixerunt sub initium mundi in paradiso esse institutum à Deo : sed probatur ex *Trid.* sess. 6. c. 4. sess. 7. De Sacram. in genere can. 1. sess. 14. De pœn. can. 1. supra relato, ubi cap. 1. sic loquitur , *Dominus autem Sacramentum pœnitentiæ tunc præcipue instituit, cum à mortuis excitatus insufflavit in discipulos suos Joannis 20. dicens, Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis &c.* Cùm autem addat, *præcipue* innuit aliquid illius jam antecessisse, nam præcesserat promissio *Matt.* 16. & 18. , ubi Petrus dixerat, quòd daturus esset claves ; & discipulis, quòd quæcumque essent ligaturi vel soluturi in terris, futurum esset ligatum vel solutum in caelis. Deinde etiam in ultima cœna ante mortem inchoârat institutionem illam , quando ordinaverat Sacerdotes his verbis, *Hoc facite, impressio enim characteris sacerdotalis erat inchoatio potestatis ad remittenda peccata : Et ideo etiam nunc in Ecclesia adæquata potestas remittendi peccata divisibiliter confertur, primò inchoativè , quando accipitur potestas in Corpus Christi verum per traditionem patenæ cum pane & calicis cum vino, adjunctis verbis, Accipite potestatem offerendi Sacrificium &c.* Postmodùm completivè per impositionem manuum Episcopi, adjunctis verbis : *Accipite Spiritum S. , quorum remiseritis &c.* , per quam ultimam partem ordinationis sacerdotalis, vel augetur character, uti volunt plerique cum *Dicas.* De Ordine n. 126. , vel idem character extenditur etiam ad Corpus Christi mysticum, uti volunt alii cum *Tann.* De Ordine num. 126. Congruentia autem , cur Christus instituerit post resur-

Resurrex-
tum su-
surrexerunt

Obi-
fuisse,
pite Spi-
buit pe-
lus & e-
scipulo-
istorum
absolv-
posse e-
aliter f-
statem
re, pro-

§
Conc. F-
IV. ad
tentia-
cordis
ro, ori-
&c.

Q.
am Sa-
ta sun-
Cath-
Trid. l-
teria
pliciter
vinci-
vo à p-
muni-

§.
ideo
Albe-
Te-

resur-

Resurrectionem, est hæc, quia hoc Sacramentum supponebat mortem animæ, & erat ad resurrectionem peccatoris.

Objici potest, S. Thomam Apostolum non adfuisse, quando Christus Joannis 20. dixit, *Accipite Spiritum S. &c.*, & tamen æquè ac cæteri habuit potestatem remittendi peccata. R. S. Cyrillus & ex illo Bofeo f. 1. nu. 54. dicunt omnes discipulos Christi etiam absentes vi verborum istorum esse ordinatos & accepisse potestatem absolvendi : neque tamen inde sequitur nunc posse etiam absentes ordinari, quia pro Ecclesia aliter statuit Christus, qui pro se habebat potestatem excellentiæ, ideoque ipsi licebat ordinare, prout volebat.

§ 4. De Sacramento pœnitentiæ ita habet 583.
Conc. Florentinum post sess. ult. in Decreto Eugenii IV. ad Armenos: Quartum Sacramentum est pœnitentia, cujus quasi materia sunt actus pœnitentis, cordis contritio cum proposito non peccandi de cætero, oris confessio, satisfactio: Forma, Ego te absolvo &c.

Q. 84. Quid præterea sit notandum circa materiam Sacramenti pœnitentiæ. & seqq. §. 1. Sola peccata sunt materia confessionis, uti tenent omnes Catholici, teste *Dicast.* d. 9. n. 296. & colligitur ex *Trid. sess. 14. De pœn. c. 4. & can. 3.* ubi pro materia non assignantur nisi peccata, ideoque simpliciter vocatur confessio peccatorum. Idem evincitur ex forma Sacramenti, nam dicit, *absolvo à peccatis.* Denique id satis constat ex communi sensu Doctorum ac etiam fideiū omniū.

§. 2. B. Virgo non fuit capax absolutionis, 585.
 ideoque *Dicast.* d. 6. n. 9. explodit sententiam *Alberti M.* qui, ut probaret B. Virginem habuisse

Tom. VI.

S

buisse

buisse gratiam sacramentalem pœnitentiæ, dixit solitam fuisse confiteri S. Joanni Evangelistæ peccata, quæ apprehendebat se fecisse, nam & hic error B. Virgine indignus est, & illo supposito adhuc non poterat Sacramentum esse validum, quod requirit verum & non tantum existimatum peccatum: Unde *Scotus* in 4. dist. 17. in fine rectè ait, si B. Virgo fuisset confessâ peccâisset confitendo.

586. §. 3. Quamvis imperfectio de se non sit materia confessionis, tamen ordinariè habet adjunctum peccatum, quod est materia sufficiens, secundum dicta l. 5. à n. 211. ubi etiam n. 214 dixi transgressionem Regulæ, quamvis non obligantis sub peccato, ordinariè habere adjunctum peccatum, quod confirmatur ex dictis l. 4. nu. 58.

587. §. 4. Censuræ, v. g. excommunicationis, suspensionis, etiam non sunt materia absolutionis sacramentalis, quamvis debeant ad legitimum ministrum deferri, ut per sententiam Ecclesiasticam auferantur, & quidem quandoque priùs, quàm dari possit absolutio à peccatis.

588. §. 5. Peccata ante Baptismum commissa non sunt materia apta confessionis sacramentalis, *S. Th.* 3. p. q. 84. a. 2. aliique communissimè, inter quos *Bosco* d. 7. l. 2. n. 3. meritò dicit hunc esse & semper fuisse totius Ecclesiæ sensum, est autem contra aliquos apud *Amic.* d. 13. nu. 46. qui innuunt peccata illa esse materiam necessariam; & saltem est contra *Angel.* & quosdam recentiores apud *Gormaz* p. 2. n. 71. qui putant esse materiam sufficientem, sed *Vasq. Turr & Perez* dicunt oppositum esse certum, *Bonac* dicit videri

videri tanquam de fide definitum, *Amic.* dicit videri non obscure definitum in *Trid. & Florent.* ideoque opinionem illam vocat errorem, nam imprimis *Trid.* sess. 6. cap. 14. item sess. 14. De pœn. cap. 1. 2. 4. & 5. constanter docet & novem repetitis vicibus dicit Sacramentum ex institutione Christi esse pro peccatis post Baptismum commissis, tumque Can. 1. sic definit : *Si quis dixerit in Catholica Ecclesia pœnitentiam non esse verè & propriè Sacramentum pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis à Christo Domino nostro institutum, anathema sit.* Deinde *Florent.* in Decreto *Eugenii IV.* ad Armenos dicit effectum Baptismi esse remissionem omnis culpæ originalis & actualis, itemque omnis pœnæ, ergo innuit pro peccatis illis non esse institutum Sacramentum pœnitentiæ, sed tantum pro peccatis fidelium ingressorum in Ecclesiam, uti habet *Trid.* cap. 2. addens rationem, quia Ecclesia non iudicat de illis, quæ extra se fiunt. Accedit consensus Theologorum, qui hoc tanquam certum potius supponunt quam probent : & alioquin dicam etiam peccatum originale esse materiam sufficientem confessionis, quod dicere nemo hactenus est ausus.

§. 6. Peccata antehac ritè confessa & per 589.
absolutionem remissa sunt materia sufficiens novæ confessionis non tamen necessaria, per se loquendo. *Pars 1.* est *S. Th.* in 4. dist. 17. q. 3. a. 3. quæstion. 5. ad 4. & aliorum communissima, quam certam esse docent *Suar.* d. 18. s. 1. n. 6. & *Avers.* q. 10. s. 2. *Vasq.* autem q. 91. a. 3. dub. 7. n. 1. dicit à nemine negari : refert tamen plures *Amic.* d. 13 n. 25, qui dicunt, quamvis sufficient

ad essentiam Sacramenti, tamen non sufficere ad effectum, sed si Sacramentum est validum, non est ratio illi negandi effectum, cum nullus adsit obex: itaque pars illa probatur ex declaratione *Benedicti XI.* statim citanda. Idem significatur *Cap. Quem pœnitet, 88.* De pœn. dist. I. his verbis: *Quantò pluribus confitebitur in spe venia turpitudinem criminis, tantò faciliùs consequetur misericordiam remissionis, ipsi enim Sacerdotes plus jam possunt proficere, plus confitentibus parcere.* Idè evincit praxis in universa Ecclesia, nam fideles sæpissimè faciunt confessiones generales, repetuntque peccata antè confessa, & nulla alia, ergo. Et ratio est, quia quòd peccatum sit antè hac confessum, nihil obstat, nam non ideo definit fuisse peccatum: quòd autem jam sit antè remissum, etiam non obstat, uti patet, si quis de peccato nunquam confessus fuerit perfectè contritus, manet enim etiam obligatus ad confitendum, imò sicuti potest etiam cum fructu sæpiùs repeti contritio ejusdem peccati, ita & Confessio. *Pars 2.*, quòd peccata confessa & remissa non sint, per se loquendo, materia necessaria confessionis, est *S. Th.* suprà & aliorum communissima, quam pariter certam dicit esse *Aversa* suprà, & etiam constat ex declaratione *Benedicti XI.* in Extrav. communi *Inter cunctas*, De privilegiis, ubi dicit eum, qui semel confessus est & absolutus etiam à Religioso mendicante, non teneri iterum nequidem proprio Parocho peccata illa confiteri, & postea subdit, *Licet de necessitate non sit iterum eadem confiteri peccata, tamen quia propter erubescendum, quæ magna est pœnitentiæ pars, ut eorundem peccatorum iteretur confessio, reputamus salubre.* Idem de non necessaria-

cessari
tanqu
Extra
ticis,
erron

Dix

oblig

tera e

staten

confi

non p

tioner

iterun

pœni

hoc p

liberè

stea a

confe

5. S

absol

set. 6.

prop

An a

licuju

n. 20

Ob

mal

quan

& po

dere

salte

insta

alium

quo

noc

cessa-

cessario repetendis peccatis confessis definit
tanquam Catholicum dogma Joannes XXII. in
Extrav. communi, *Vas electionis*, Tit. De hære-
ticis, ita ut oppositum damnet velut falsum &
erroneum.

Dixi, per se loquendo, nam per accidens est 590.
obligatio iterum confitendi, 1. Si quis inter cæ-
tera esset confessus reservata non habenti pote-
statem in reservata, hæc enim teneretur iterum
confiteri alteri. 2. Si aliquod peccatum omissum
non posset explicari, nisi iterum faciendo men-
tionem peccati aliàs confessi. 3. Si quis vovisset
iterum eadem peccata confiteri, aut acceptasset
pœnitentiam de iis iterum confitendis, aut si
hoc præciperet regula alicujus Ordinis ab ipso
liberè acceptata. 4. Si confessus ut dubium po-
stea agnosceret esse certum, aut si in genere
confessus postea recordaretur illius in specie.
5. Si Confessarius etiam injustè nolisset eum
absolvere, vel defectu jurisdictionis non potuis-
set. 6. Si confessus esset sine debito dolore aut
proposito, de quo casu iterum dicitur à n. 1206.
An autem Ecclesia posset præcipere iteratam a-
licujus peccati mortalis Confessionem, dicitur
n. 2017.

Obji. 1. Contra dicta n. 589. Dolor est de 591.
malo ut præsentè, secundùm dicenda n. 656. sed
quando peccatum est remissum quoad culpam
& pœnam, nihil est de præsentè, in quod ten-
dere possit ille dolor, ergo. R. n. min., nam
saltem est carentia illius, quod habuissem illo
instanti, quo peccavi: aut si supponas me illud
aliunde habere, saltem hoc est præsens malum,
quod est peccavisse, sive privatum esse bono in-
nocentiæ vel absolutæ immunitatis à peccato,

quæ privatio semper existit in eo, qui semel peccavit: unde sicuti illud, quod est me ali- quando bonum egisse, est aliquod bonum præ- sens, & ideo de illo possum semper gaudere, ita de illo, quod est peccavisse, possum semper do- lere, quamdiu sum in statu, cui non repugnat dolor.

592. *Obji. 2.* Forma non potest sæpius cadere su- per eandem materiam. *R.* Si tantum sit eadem materia proxima, transeat, si aliquid aliud sit materia proxima, ipsa autem sit materia remo- ta. n., nam possum duos successive baptizare eâdem aquâ; duos ægros. inungere eodem o- leo; quia habebō alias materias proximas, nempe ablutionem & unctionem aliam, super quam immediatè cadet nova forma: similiter hic duæ absolutiones cadent immediatè super duos dolores vel saltem super duas Confessio- nes. Quis autem tum sit sensus verborum, *Ego te absolvo*, dicetur n. 641.

593. §. 7. Venialia sunt materia sufficiens, non tamen necessaria Sacramenti pœnitentiæ, ut tenent Catholici omnes ex *Trid. sess. 14. De Pœn. c. 5.* his verbis: *Venialia, quibus à gratia Dei non excludimur, & in quæ frequentius labimur, quam- vis rectè & utiliter citraque omnem præsumptionem in confessione dicantur, quod piorum usus demon- strat, taceri tamen citra culpam, multisque aliis re- mediis expiari possunt.* Et quòd sint materia suffi- cients, definit *Can. VII.* his verbis: *Si quis dixerit in Sacramento pœnitentiæ &c. non licere confiteri peccata venialia, anathema sit.* Idem jam declara- verat *Leo X.* damnans hunc *Artic. 8. Lutheri: Nul- lo modo præsumas confiteri peccata venialia.* Ratio colligitur ex verbis generalibus, quibus Christus Sa-

Sacram
cipite Sp
tis &c.
morta
cesaria
effectus
tum et
sunt, ut
2012. A
fession
§. 8
ciens S
colligir
simplic
poneba
essent i
talia, q
An aut
lium, d
confite
sit abso
§. 9
omnia
nunqu
docet
utriusq
fidelis,
omnia
ter con
genii I
menti
fessio,
quorum
integr
dicitur
Sa-

Sacramentum pœnitentiæ instituit, dicens, *Accipite Spiritum sanctum, quorum peccata remisistis &c.* quæ conveniunt tam venialibus, quam mortalibus. Similiter quòd non sint materia necessaria, ratio est, tum quia valor Sacramenti & effectus, qui est gratia, non pugnant cum illis, tum etiam, quia multis aliis modis remitti possunt, uti habet *Trid.* suprâ, & declarabitur à nu. 2012. An autem Ecclesia præcipere posset confessionem venialium, dicitur n. 2018.

§. 8. Etiam sola venialia sunt materia sufficiens Sacramenti pœnitentiæ, uti manifestè colligitur ex *Trid.* suprâ, nam definit venialia simpliciter esse materiam sufficientem, & supponebat tanquam certum, quòd venialia sæpè essent in hominibus piis non habentibus mortalia, qui nullo jure prohibentur confiteri, ergo. An autem expediat frequens Confessio venialium, dicitur n. 1885. Denique an expediat confiteri sola venialia, & pœnitens tum semper sit absolvendus, dicitur à n. 1885.

§. 9. Materia necessaria Confessionis sunt omnia mortalia post Baptismum commissa & nunquam directè subjecta absolutioni, sic enim docet *Conc. Lateranense* sub *Inn. III.* Cap. *Omnis utriusque sexûs*, his verbis: *Omnis utriusque sexûs fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata, saltem semel in anno fideliter confiteatur.* Similiter *Florentin.* in Decreto *Eugenii IV.* ad Armenos, explicans partes Sacramenti pœnitentiæ ait, *Pars secunda est oris confessio, ad quam pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo Sacerdoti confiteatur integraliter.* Similiter *Trid.* sess. 14. De pœni. c. 5. dicit institutam esse à Domino integram peccatorum

torum confessionem & omnibus post Baptis-
mum lapsis jure divino necessariam esse: Et sub-
dit: *Ex his colligitur, oportere à pœnitentibus om-
nia peccata mortalia, quorum post diligentem
discussionem conscientiam habent, in confessione re-
censeri, etiam si occultissima illa sint.* Addit, cum u-
niversa peccata mortalia, etiam cogitationis, homi-
nes iræ filios & inimicos Dei reddant, necessarium
est, omnium etiam veniam cum aperta & verecunda
confessione à Deo querere. Idem sæpius repetit eo-
dem Capite, & postea sic definit Can. 7. *Si quis
dixerit in Sacramento Pœnitentiæ ad remissionem
peccatorum necessarium non esse jure divino confite-
ri omnia & singula peccata mortalia, quorum mem-
oria cum debita & diligenti præmeditatione habeatur,
etiam occulta, & quæ sunt contra duo ultima Deca-
logi præcepta, & circumstantias, quæ peccati speciem
mutant &c. anathema sit.* Accedit communis
Ecclesiæ traditio, uti ostendit Bellarm. l. 3. c. 6. I-
tem consensus Ss. PP. apud Bellarm. c. 2. Itæ præ-
xis fidelium agnoscens mortalia omnia tanquã
materiam hinc necessariò explicandam. Ratio
autem à priori est voluntas Christi nobis ma-
nifestata per relata Concilia & per universalem
Ecclesiæ sensum ac consuetudinem.

396. §. 10. Peccata mortalia etiam inculpabiliter
omissa sunt materia necessaria confessionis, ut
constat ex hac propositione II. ab *Alexandro
VII.* damnata: *Peccata in confessione omissa seu
oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam cau-
sam, non tenemur in sequenti confessione exprimere.*
Ratio autem est, quia Sacerdos, qui à Christo
constitutus est Judex circa mortalia, necdum
tulit sententiam de illis, neque pro qualitate
delicti potest imponere satisfactionem tum pu-
niti-

nitivam tum medicinalem, nisi peccata illa exprimantur & directè subjiciantur clavibus, ideoque licèt fortè indirectè remissa sint, tamen manet obligatio, ut directè subjiciantur absolutioni. Ex hic dicitis

Colliges, quid sit directè & indirectè remitti 597.
peccatum; nam tum dici ur directè remitti, quando remittitur ratione suî independenter ab alio peccato remisso, quia nempe est materia huic Sacerdoti per hanc confessionem cognita & subjecta: E contrà tum remittitur indirectè, quando remittitur non ratione suî, eò quòd vel non sit materia per confessionem cognita, vel non sit materia subjecta huic Sacerdoti, attamen remittitur dependenter ab alio peccato huic Sacerdoti per confessionem cognito & subjecto; sic peccatum non reservatum & in confessione expressum remittitur directè, quia remittitur ratione suî, utpote de se materia huic Sacerdoti per confessionem manifestata & ipsius etiam jurisdictioni subjecta; E contrà peccatum vel omissum vel reservatum non remittitur directè, quia omissum non est materia per confessionem cognita; reservatum autem quamvis fortè sit materia per confessionem cognita, tamen non est subjecta jurisdictioni hujus Sacerdotis; nihilominus quia nullum peccatum potest per Sacramentum remitti, nisi simul remittatur omne mortale, & adsit dolor ac propositum sufficiens ad remissionem etiam illius mortalis omissi vel reservati, hæc simul remittuntur, sed dependenter ab illo altero peccato expresso, in quod Sacerdos habebat jurisdictionem. Dependētia autem illa & independentia in hoc consistit, quia si nullum aliud

peccatum fuisset expressum, non potuisset per Sacramentum remitti hoc peccatum omissum vel reservatum: è contrà quamvis non adfuisset illud omissum vel reservatum, poterat remitti istud expressum: & hoc sensu dicitur omissum vel reservatum remitti dependenter ab isto peccato expresso; è contrà peccatum expressum dicitur remitti independenter ab illo omissio vel reservato.

598. Q. 85. *An peccata dubia sint materia necessaria confessionis.* &c. Colligetur ex seqq. §. 1. Dubium hìc potest esse vel de peccato ipso, uti si dubites, an ullo modo peccaveris in materia de se alioqui mortali, vel de qualitate peccati, uti si scias te peccasse, sed dubites, an mortaliter an venialiter, vel de confessione peccati, uti si scias te peccasse mortaliter, sed dubites, an sis confessus.

599. §. 2. Circa hæc singula potest in utramque partem esse dubium vel positivum vel negativum. Tum est positivum, si suspendatur quidem omne iudicium directum, attamen pro utraque parte sint gravia motiva, quæ se non elidant, sed vi quorum possit formari prudens iudicium pro hac & etiam pro illa parte, aut saltem reflexè iudicari, quòd pro utrâque parte stet ratio momenti simpliciter gravis, uti dictum est l. 1. à n. 71. Tum est negativum, si utrimque sint aliqua quidem motiva, non omnino levia, hæc etiam non sunt digna prudente dubio: attamen etiam de se non sufficientia ad prudens iudicium pro alterutra parte, ideoque necessariò suspendi debeat omne prudens iudicium directum. Quod si pro una tantum parte sit grave motivum, sola hæc pars erit positivè

positivè dubia ; si autem motiva se mutuò elidant, ita ut neutrum in concursu alterius censetur simpliciter grave, erit dubium negativum vel quasi pura ignorantia. Quando nam autem motiva dicantur se elidere, explicatum est l. 1. à n. 261.

§. 3. Si in utramque partem positivè dubi- 600.
tes de mortali commisso, *Silv. Suar. Henriq. Sanch. Bonac. Laym. Lug. Castrop. tr. 23. p. 9. nu. 15. Escob. l. 15. probl. 38. Dicast. d. 9. dub. 7. Palav. n. 302. Aversa q. 10. f. 3. Stoz. l. 1. p. 5. n. 155. Schild. tr. 2. n. 122. Tamb. De Confess. l. 2. c. 1. §. 3. Mendo d. 10. n. 2. Dicunt te non teneri confiteri, quam sententiam vocant communem Illf. n. 109. & Sporer n. 398. Haun. l. 4. n. 1004. vocat unanimum Theologorum, Cón. d. 87. n. 68. vocat certam. E contra Gormaz p. 2. nu. 160. dicit quamvis probabile sit non esse commissum, tamen si etiam probabile sit esse commissum, manere obligationem confitendi, & idem docet Eliz. quem ex propriis principiis optimè confutat Teril. in Regula morum q. 52. ass. 6. & 7. Ratio itaque prioris sententiæ est, tum quia in hoc casu prudenter judicare potes te non peccasse mortaliter, sicque deponere dubium, tum etiam quia tua libertas videtur esse in possessione contra præceptum confitendi, nam heri, antequam fecisses illud, propter quod hodie dubitas, certò non tenebaris confiteri, hodie autem supervenit solummodo dubium, quod non debet te dejicere de certa possessione juris non confitendi, uti magis explicabitur n. 608. *Nec obstat*, quòd hic sit dubium facti, in quo non videtur utrumque posse esse probabile, nam secundum dicta l. 1. n. 398. falsum est, quòd*

quòd in dubio facti semper se mutuò elidunt
motiva. Deinde omne dubium facti pertinen-
tis ad materiam præcepti reducitur ad dubium
juris, cùm quærat de obligatione præcepti ex
supposito aliquo facto, uti rectè *Castrop. Arr. l. 2.*
d. 25. n. 15. in dubio autem juris, ubi utrimque
est probabilitas, licitè sequer utrumlibet, se-
cundùm sententiam communem l. 1. à n. 278,
probatam, ergo.

601. §. 4. Si scias te peccâsse, sed positivè dubi-
tes, an mortaliter an venialiter, Authores citati
aliique communiter contra *Con.* supra etiam
dicunt, te non teneri confiteri, & rationes sunt
eædem, ex hoc enim, quòd scias supervenisse
veniale, non ideo possidet præceptum confi-
tendi, cùm certum sit non esse obligationem
confitendi venialia.

602. §. 5. Si scias te peccâsse mortaliter, & posi-
tivè dubites, an sis confessus, Authores citati
aliique cum *Præpos. q. 4. n. 115. Lugo d. 16. n. 59.*
Dicast. à n. 292. Palav. n. 305. Arr. hic d. 31. n. 25.
Gob. t. 7. n. 11. Stoz n. 156. Bosco d. 7. f. 8. nu. 124.
dicunt contra *Meroll. & Con.* te non teneri con-
fiteri, quam sententiam *Ills. n. 110. & Platel. nu.*
791. testantur esse communem. Ratio est, quia
etiam hìc est probabile, & potes prudenter ju-
dicare, ac deposito dubio dicere te esse confes-
sum, adeoque te hìc & nunc non ampliùs teneri
præcepto confitendi. *Nec obstat*, quòd præce-
ptum confitendi fuerit in certa possessione; nam
prudenter judicas illi esse satisfactum. Quam-
vis autem inter homines, si antecesserit ex con-
tractu oneroso certum debitum justitiæ, illi
non censeatur satisfactum per probabilem tan-
tùm solutionem, uti nec præcepto Baptismi
satis-

fatisfit per probabilem tantum susceptionem illius; ista tamen hic non obstant, nam quoad Baptismum est alia ratio, cum hic sit de necessitate mediæ, cujus defectus per aliquid aliud non ita suppleri potest. Quoad onerosum autem debitum justitiæ etiam est disparitas, nam huic satisfieri potest dando tantum partem secundum proportionem dubii: E contra in nostro casu non agitur de medio salutis, nam certum est sufficere confessionem formaliter integram, & deberet poni tota altera confessio peccati dubii, cujus tamen tanquam certi tota Confessio probabiliter etiam antehac posita est, ergo nimium exigeretur. Deinde homines non censentur remittere jus talis onerosi debiti, nisi posita sit perfecta æqualitas: E contra benignè præsumimus de Deo, quod ordinariè ad impletionem legum plus non exigat, quàm fecisse hoc, quo posito prudenter judicare possimus nos implevisse legem, alioquin exponeremur infinitis anxietatibus & molestiis, quia nimis facilè obliviscimur eorum, quæ fecimus.

§. 6. Hactenus dicta tenent Authores citati, 603. quamvis pro illa parte, quod peccaris mortaliter, vel quod non sis confessus, starent rationes probabiliores, supposito quod aliàs in similibus materiis licitum sit sequi sententiam probabilem relictâ probabiliore, cum etiam hic non agatur de valore Sacramenti, ad quod certum est non requiri integritatem materiale, sed sufficere formalem Notat tamen *Platel.* supra in omnibus illis dubiis suadendam esse confessionem, quia non rarò postea nascuntur anxietates animi, an adfuerint rationes verè probabiles, nec ne. Addunt *Sanch. Palav.* n. 302. in

in articulo mortis fore obligationem eliciendi contritionem de his peccatis dubiis, vel etiam faciendi confessionem ad minimum de aliis peccatis, ut hæc dubia saltem indirectè remittantur, si fortè non sint remissa, ne in extrema necessitate salus exponatur periculo.

604. §. 7. Si positivè dubites de mortali commisso vel de confessione illius, & non habeas prudens motivum pro eo, quòd non fuerit mortale, vel quòd sis confessus, teneris confiteri, *Silv. Nav. Suar. d. 22. s. 9. n. 5. Côn. n. 69. Et Haun. supra* dicit in hoc convenire Theologos, quia cum judicare debeas te peccasse mortaliter, vel non esse confessum, neque possis oppositum judicare, nequidem probabiliter, sufficienter convictus es, & præceptum confessionis possidet contra te.
605. §. 8. Si scias te peccasse mortaliter, & negativè dubites, an sis confessus, teneris confiteri, *Côn. Schild. Haun. Laym. de consc. c. 5. n. 37. Carden. in 1. Crisi d. 47. n. 41. Lugo supra* dicens in hoc convenire omnes, & plerique cum *Castrop. n. 16. & Esc. n. 27.* dicunt certum. *Mendo nu. 1.* dicit certissimum, quia in hoc casu certò possidet præceptum confessionis, cum prudenter judicare non possis esse illi satisfactum, debito autem illius certo non satisfit per solutionem dubiam & improbabilem: Et qui contrarium videntur tenere, intelligendi sunt de homine qui prudenter præsumitur esse confessus.
606. §. 9. Si negativè dubites, an peccaris mortaliter, te teneri confiteri docent *Catech. Romanus De pœn. c. 9. S. Tho. in 4. dist. 21. q. 2. a. 3. ad 3.* aliique Authores gravissimi & propè innumeri, quorum 40. recenset & sequitur *Sanch. in Decalog.*

calog. l. 1. c. 10. n. 66. Addunt alios *Aversa* q. 10. f. 3. *Schild.* tr. 6. n. 42. *Mendo* n. 5. Sequitur etiam *Dicast.* suprâ : Et id certum esse dicunt plerique cum *Gormaz* à n. 165. E contrâ absolute negant te teneri *Todtf.* q. 98. §. 2. *Stoz* à n. 165. *Caram.* in Theol. fund. n. 1321. & alii. Idem negant *Con.* n. 99. & *P. Marschant.* tom. 1. t. 4. tit. 6. q. 4. si dubites, an aliquid commiseris, quod *Lessius* in Aucta. V. *Confessio* casu 9. nu. 10. etiam dicit esse probabile : sed hi Authores addunt, si scias te aliquid commisisse, & negativè dubites, an sit mortale, an veniale, te teneri confiteri ; in hoc tamen non videntur consequenter loqui, uti rectè *Lugo* nu. 61. *Arr.* nu. 27. *Mendo.* nu. 42. *Bosco* nu. 102., nam mortale manet dubium, sicuti in priore casu, ex hoc autem, quòd superveniat certitudo de veniali, non potest esse obligatio confitendi : hinc sententiam negantem absolute probabilem vocant *Amic.* d. 3. nu. 55. aliique multi : *Burghab* Centur. 1. casu 90. & *Gob.* n. 214. non audent ei negare veram probabilitatem, *Laym.* suprâ & *Bosco* n. 113. dicunt apparere probabilem, quamvis addant se nihil determinare velle. *Eliz.* absolute docet non esse opus confiteri in casu dubii negativi, quod dicitur esse, si nihil tibi occurrat, ex quo putes te peccasse, sed *Terill.* suprâ nu. 32. rectè eum confutat, nam ille solùm dubitat negativè, qui ita pro una parte nullas habet rationes, ut etiam nullas habeat pro altera, ac proinde, qui non potest sibi persuadere se esse à peccato immunem, quia nullum sufficiens fundamentum habet ad se liberandum à peccato, ideoque inter utrumque suspensus hæret, quasi dicens, fortè peccavi, fortè non peccavi.

607. §. 10. Rationes pro sententia obligationem affirmante sunt sequentes , 1. Quia in dubiis pars tutior est eligenda, uti *Sanch.* à n. 11. fuse probat. 2. Certum est à temporibus Christi dari præceptum confitendi omnia mortalia , ergo obligatio confitendi est in possessione contra mortale dubium , quod jam supervenit. 3. Hoc est materia necessaria confessionis , quod in antiqua lege erat materia necessaria contritionis , confessio enim successit obligationi contritionis, sed mortalia dubia erant materia necessaria contritionis, ergo. 4. Illa spectant ad tribunal Sacerdotis , quæ spectarent ad tribunal Christi, si adesset , cùm Sacerdos sit Vicarius Christi, sed ad tribunal Christi spectarent mortalia etiam dubia, ergo. 5. Lex favorabilis debet ampliari, uti probat *Sanch.* De Matr. l. 1. d. 39. n. 5. sed lex confitendi omnia mortalia est favorabilis, quia tendit ad liberationem à peccatis, & liberat ab onere gravi contritionis , ergo debet extendi ad omnia mortalia etiam dubia. 6. Secundùm *Trid.* supra c. 5. pœnitens tenetur confiteri omnia peccata , quorum habet conscientiam & memoriam , sed qui dubitat de mortali, habet illius conscientiam saltem dubiam, & sicuti actus intellectûs rectè dividitur in certum & dubium, ita etiam conscientia: Deinde etiam habet illius memoriam, quia meminit facti præteriti, in quo timet mortale, ergo. 7. In dubio de commisso homicidio incurritur irregularitas, ergo in dubio de commisso mortali incurritur obligatio confitendi. 8. Fideles confitentur mortalia dubia, praxis autem est optima legum interpret , imò consuetudo potest legem inducere. 9. Antiqui omnes docuerunt

cuerunt
id eos
enim i
denter
Videri
ubi ha
contra
§. 1
negant
est con
n. 495
sticia,
nu. 50
comm
bertati
Prob. 1
nunc c
morta
ri, hoc
bium,
sed ad
morta
sum,
um, ita
per du
de cer
manet
tatis
quia in
non re
posse
superv
nam h
gulis
sequim
Ton

cuertur confitenda esse dubia, ergo credibile est id eos habuisse ex traditione Apostolica, quod enim in Ecclesia fit, & nescitur ejus initium, prudenter creditur esse ex traditione Apostolica. Videri potest *Cressp. à Borgia* in qq. Moral. q. 12. ubi hanc sententiam multis firmat & oppugnat contrariam.

§. II. Rationes pro sententia obligationem 608. negante, sunt sequentes : 1. In dubio melior est conditio possidentis, secundum dicta l. 1. à n. 495. Quod valet non tantum in materia justitiæ, sed etiam in aliis, secundum dicta ibidem nu. 502., atqui negativè dubitans de mortali commisso est in possessione innocentie & libertatis contra præceptum confessionis, ergo. *Prob. min.* heri antequam accidisset illud, de quo nunc dubitat, ipse certò erat innocuus ab illo mortali, & certò non tenebatur illud confiteri, hodie autem, postquam supervenit illud dubium, præceptum confitendi non est certum, sed ad summum est dubium, quia fundatur in mortali, quod dubiè supponitur esse commissum, & consequenter sicuti mortale est dubium, ita præceptum confitendi est dubium, ergo per dubium superveniens ipse non debet dejici de certa sua possessione antecedente, ergo ipse manet in certa possessione innocentie & libertatis contra præceptum confessionis. *Conf. 1.* quia in dubio, an voverim dare eleëmofynam, non teneor hanc dare, quia libertas mea est in possessione contra obligationem dubiam, quæ supervenisset, simile autem est hic, ergo *Conf. 2.* nam hæc conformia sunt Regulæ 9. ff. De Regulis Juris. *Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur.* Item Reg. 56. *Semper in dubiis benigniora*

preferenda sunt. Item Reg. 122. *Libertas omnibus rebus favorabilior est.* 2. Dubium, quod factâ diligentia vinci non potest, æquivalet ignorantia invincibili, ergo dubium de mortali, quod factâ diligentia vinci non potest, æquivalet ignorantia invincibili peccati mortalis, sed potest aliquis in confessione tacere mortale, quod ex ignorantia invincibili purat non esse mortale, ergo. 3. In dubio, an lex existat, non est obligatio legis, secundum dicta l. 1. n. 272. & 470. docentque Authores communiter cum *Suar. Henriq. Sa, Laym.* De legibus c. 20. n. 4. *Sanch.* in Decal. l. 1. c. 10. à nu. 32. Item in dubio, an aliquid contineatur sub præcepto, censendum est non contineri, uti probat *Sanch.* ibidem, & consentiunt communiter alii apud *Moyam* nu. 10. atqui dubium est, an existat lex confitendi mortalia dubia, sive, an mortalia dubia contineantur sub præcepto confitendi mortalia, si enim hoc esset verum, tot viri sapientissimi re utrimque diligentissimè discussâ non negarent. 4. In iudicio non admittitur ut legitima accusatio, nec auditur necessariò testis, nisi prudenter præsumatur delictum, ergo neque hic sustinetur accusatio, nec necessariò auditur testis, adeoque nec necessariò exigitur confessio, nisi prudenter præsumatur delictum, sed in dubio negativo facta non præsumuntur, nec prudenter præsumitur delictum, quia in dubio homo præsumitur innocens, & quisque præsumitur bonus, donec probetur malus, uti habent *Regulæ Juris* apud *Laym.* nu. 30. Neque hic est motivum prudens iudicandi delictum esse commissum, ergo. 5. Illa tantum tenetur poenitens confiteri, quorum habet conscientiam &

memo-

memoriam; sed negativè dubitans de mortali, imprimis non haber illius conscientiam, quia secundùm S. Bernardum De interiore domo c. 11. *Conscientia est cordis scientia, & secundùm S. Th. 1. p. q. 79. a. 13. O. Conscientia importat ordinem scientiæ ad aliquid, nam conscientia dicitur cum alio scientia, ergo requirit cognitionem saltem ita probabilem mortalis commissi, ut pro innocentia nulla stet probabilitas, sed possit dicere absolutè se sibi conscium esse de mortali, atqui negativè dubitans non habet cognitionem ita probabilem de mortali, nec potest absolute dicere se sibi de illo conscium, ergo. Confir. nam dubium non est conscientia, conscientia enim est iudicium, dubium autem est suspensio iudicii, ergo. Deinde negativè dubitans de mortali non meminit mortalia, nam secundùm Aristotelem l. De memoria, quem sequitur S. Th. ibidem Lect. 1. *cùm anima memoratur, pronunciat se vel priùs audivisse aliquid, vel sensisse, vel intellexisse, atqui negativè dubitans non potest hoc pronunciare, cùm non possit iudicare, ergo non meminit. Conf. nam qui meminit se solvisse debitum, non tenetur ampliùs solvere; qui meminit se orasse Horas, non tenetur ampliùs orare; qui meminit se confessum esse mortale, non tenetur ampliùs confiteri: è contrà qui negativè dubitat, an solverit, orarit, confessus sit, adhuc tenetur, uti volunt adversarii, ergo evidens est etiam secundùm ipsos, quòd negativè dubitare non sit meminisse, adeoque meminisse importet non purè suspicionem vel quòdcunque dubium improbabile, sed saltem opinionem probabilem circa aliquid ut præteritum, ergo. 6. Si Trid. sub Tò conscientia & memoria compre-**

henderet conscientiam & memoriam etiam dubiam, ergo ex vi *Trid.* esset obligatio confitendi peccata etiam positivè dubia, hoc autem est contra communem etiam adversariorum sententiam, uti dictum est n. 600. 601. 602. ergo. Arque ex allatis rationibus colligitur *Thom. Hurt.* immeritò dixisse hanc sententiam negantem esse temerariam; & *Moya* meritò dicit censuram illam esse improbabilem: hinc,

609. §. 12. Sententia affirmans obligationem confitendi mortalia negativè dubia, est spectatâ auctoritate probabilior, uti patet ex dictis n. 607. Spectatis tamen præcisè rationibus intrinsicis negans videtur probabilior, uti patet comparanti rationes intrinsecas nu. 607. & 608. allatas. Et re ipsâ longè faciliùs respondetur ad rationes sententiæ affirmantis, nam omnes manifestè retorquentur in peccatis positivè dubiis, ergo nimium probant contra dicta n. 600. 601. 602. & speciatim ad singulas, sic responderi potest: *Ad 1.* Regula illa non tenet, ubi pro una parte est possessio, uti fatentur adversarii, sententia autem negans dicit pro se esse possessionem innocentiae & libertatis. Deinde certum est Regulam illam sæpe esse tantum consilii, uti dixi l. 1. n. 490. *Nec obstat*, quòd *Clemens III. Cap. Ad audientiam. 12.* De homicidio, dicat, quòd in dubiis semitam *debeamus* eligere tutiorem, *nam* Tò debe. sæpissimè significat tantum debitum majoris congruentiae, decentiae, honestatis, uti ostendit *Bosco* n. 96. *Ad 2.* Distinguo, certum est à temporibus Christi datum præceptum confitendi mortalia, si sint tantum negativè dubia, n. Si sint saltem probabiliter cognita sine probabilitate pro opposito, c.

ant. & n. conf. *Ad 3.* Confessio est loco contritionis, quoad aliqua, c., quoad omnia, n., alioquin teneremur confiteri positivè dubia, quia antiqui tenebantur de illis conteri. *Ad 4. n. min.*, alioquin positivè dubia etiam spectassent ad tribunal Christi. *Ad 5.* Si argumentum valet, lex confitendi debet ampliari etiam ad positivè dubia; item ad omnes circumstantias aggravantes: itaque licet institutio hujus Sacramenti & potestas confitendi sit favorabilis, ideòque extendatur etiam ad venialia, non ideo obligatio confitendi est favorabilis, cum minuat & restringat libertatem illorum, ad quos hoc præceptum dirigitur: & ideo etiam, si Christus obligasset ad confitenda venialia, fuisset obligatio onerosa; sicuti potestas absolvendi à reservato est favorabilis, non tamen reservatio. *Nec obstat*, quòd confessio sit ad bonum animæ, nam etiam ad bonum animæ sunt excommunicatio, reservatio, imò omnes leges Ecclesiasticæ; & tamen multæ dicuntur odiosæ, ideòque sunt restringendæ. *Ad 6.* Patet ex dictis n. 608. in ratione 5. Et si argumentum teneret, esset obligatio confitendi etiam positivè dubia. *Ad 7. n. conseq.* Quòd autem incurratur irregularitas per homicidium dubium, ideo est, quia id exprimitur Cap. *Ad audientiam 12.* De homicidio, in dubiis autem circa alias materias non incurritur irregularitas, quia hoc nullibi exprimitur, ergo cum etiam nullibi exprimatür obligatio confitendi dubia hæc non est asserenda, si enim esset talis obligatio, deberet exprimi, uti ex jure probat *Moya tr. 3. d. 1. q. 5. nu 13* *Ad 8.* Fideles etiam confitentur imperfectiones, venialia & mortalia positivè dubia, neque tamen

ideo est obligatio illa confitendi. Deinde talis obligatio nasci non potest ex praxi fidelium, quia nequidem tota Ecclesia posset ferre legem de confitendis omnibus mortalibus, uti dicitur n. 2017. Nec consuetudo facit legem, nisi sit introducta cum animo se obligandi, de quo hic non constat, & in dubio censeri debet introducta sine animo se obligandi, uti habet communis cum *Suar. Merat. Bonac. Meroll. Dian. p. 1. t. 10. R. 30. Pasq. De Sacrif. q. 351. num. 5. & dixi l. 1. n. 571.* Unde, inquit *Bosco n. 94.* forte ideo ex consilio invaluit ista consuetudo, quia plerique discernere non possunt, quænam peccata sint mortalia, quænam certa vel dubia, quænam positivè vel negativè dubia, & ideo malunt confiteri, quidquid occurrit, quàm se exponere periculo committendi mortale. *Ad 9.* Antiqui plurimi non examinârunt eam questionem, & qui examinârunt, plerique loquuntur æqualiter de positivè dubiis. Deinde pro ratione non afferunt traditionem Apostolicam, sed rationem hanc, quia in dubiis turior pars est eligenda, de qua ratione dictum est ad 1.

610. §. 13. Sententia affirmans obligationem confitendi mortalia negativè dubia est absolute probabilior, ita *Arr. d. 31. nu. 28. Ilf. nu. 112. Moya n. 33.* qui per 30. annos sæpiùs docuerat publicè oppositam: Similiter *Carden. in 1. crisi d. 46. nu. 259.* dixerat negantem esse probabilem, postmodum d. 74. c. 2., re magis consideratâ, dicit esse dubiæ probabilitatis: *Dian. p. 4. t. 3. R. 5.* dicit esse improbabilem. Ratio nostra est, quia certum est hoc Sacramentum à Christo institui potuisse cum obligatione confitendi mortalia negativè dubia, ergo probabilius

lius di
pende
quod
que A
volun
qui pr
præsen
culis c
ad rati
primas
certò
Christi
non d
4. n. c
extern
& pœ
rem &
à pecc
foro
merit
niten
præf
oblig
tur co
dicim
dubia
loqu
Ad 6
dubin
se me
est à
& 1
§
pecc
bus

lius dicitur esse sic institutum, quia in illis, quæ pendent à voluntate Christi, tenendum est hoc, quod dixerunt antiqui & adhuc dicunt plerique Authores, præsumendum enim est illos de voluntate Christi magis rescire quàm paucos, qui priùs ab annis 50. in ceperunt dubitare, præsertim cùm videatur accedere à primis sæculis communis sensus & praxis fidelium. Hinc ad rationes num. 608. allatas dicendum est *tres primas* hinc non procedere, quia ex dictis satis certò constat nobis de voluntate contraria Christi, ita ut præceptum confitendi dubia jam non debeat censi dubium, sed satis certum. *Ad 4. n. conf.* non enim valet argumentatio à foro externo, in quo principaliter agitur de vindicta & pœna odiosa reo, hinc autem agitur in favorem & commodum pœnitentis, ut absolvatur à peccatis & recipiat gratiam, ergo quamvis in foro externo non admittantur delicta dubia, meritò hinc admittuntur. Et quamvis talis pœnitens positivè non præsumatur reus, tamen præsumitur reus dubiè, & ideo etiam tantùm obligatur se accusare ut dubiè reum, sive tenetur confiteri peccatum sub dubio tantùm. *Ad 5.* dicimus sufficere conscientiam & memoriam dubiam; *S. Bernardus. S. Tho. & Aristoteles* ibi loquuntur de conscientia & memoria certa. *Ad 6. n. seq.* nam prudenter potest deponere dubium & positivè judicare, vel se non peccasse mortaliter, vel se esse confessum, ut dictum est à n. 600. Videri potest *Gormaz. p. 2. à n. 133. & 155.*

§. 14. Scrupulosi non tenentur confiteri ^{611.} peccata negativè dubia, sed tantùm illa, de quibus certi sunt esse mortalia, uti habet communissima

nissima cum *Sanch.* n. 85. *Côn.* n. 68. *Laym.* n. 37. *Aversa* §. *Denique*, *Stoz* n. 200. *Platel* n. 796. *Ba- sen.* & aliis, quod certissimum esse dicit *Tamb.* n. 16. Ratio est, quia illorum dubia ordinariè sunt inanes apprehensiones, & obligatio confitendi dubia, quæ apud ipsos sunt frequentissima, induceret in gravissimas molestias, ergo excusantur ab ejusmodi integritate materiali confessionis, secundùm dicta l. 1. n. 534. Similiter non tenentur confiteri peccata, nisi certi sint se nunquam confessos, uti habent iidem Authores & est communissima cum *Cajetan.* *Med. Nav.* *Herviq.* *Rodriq.* *Regin.* *Becan.* *J. Sanch.* d. 41. n. 18. est enim incredibile, quòd peccata illis non occurrissent antehac, quando erant recentius commissa, si autem recurrissent, fuissent confessi, unde supponere debent, vel non fuisse mortalia, vel se tum esse confessos: & licet re ipsâ omisissent, jam excusantur ob gravissimas molestias, in quas se conjicerent. Addunt *Sa v. Dubium.* n. 5. aliique relati l. 1. n. 511. scrupulosum non teneri confiteri, nisi quæ potest jurare fuisse mortalia, & se nunquam fuisse confessum, quod plures cum *Stoz* n. 202 asserunt saltem de illo, qui valde scrupulosus est.

612. §. 15. Qui timorata est conscientia, id est, qui non solet plenè, advertenter & deliberatè offendere Deum, non tenetur confiteri, si dubitet, an peccarit mortaliter, uti constat ex illis, quæ dixi l. 1. à nu. 546. & l. 5. nu. 226. quia ex communiter contingentibus est prudens præsumptio, adeoque habet motivum positivè judicandi se non peccasse mortaliter. Et idem est de illo, inquit *Gormaz* n. 170. qui multis abhinc annis fecit confessionem generalem, & modò

nega-

negativè dubitat, an tum dixerit certum peccatum, confessio enim est in possessione pro integritate, nisi occurrat positiva ratio prudenter dubitandi: Hinc docet *J. Sanch.* suprâ, quod valde notandum esse monet *Diana* p. 3. t. 4. R. 107. & sequitur *Stoz* p. 3. n. 613., quando quis, etiam alioqui non scrupulosus, in vita fecit confessionem generalem adhibitâ mediocri diligentiam in examinanda conscientia, non teneri amplius de vitâ antea acta cogitare, & si postea occurrat dubium, an peccatum sit in Confessione expositum, an cum numero & circumstantia, posse præsumere, quòd ita. Quod *Stoz* n. 614. dicit etiam applicari posse ad confessiones particulares, nam qui semper bonâ fide præstitit, quæ ad Confessionem requiruntur; non tenetur in prioris vitæ acta ulterius inquirere; quamvis hic & nunc non recorder se hoc vel illud determinatè peccatum esse confessum: Idem dicunt communiter Auctores cum *Præposito* q. 5. n. 115. de illo, qui solitus est sollicitè confessiones suas instituere nec advertenter aliquid reticere, si diu post patratum peccatum suboriatur dubium, an illud sit confessus, non teneri iterum confiteri. Quorum omnium rationem à priori dat *Stoz* p. 5. nu. 169., quia non meminisse te tale aliquid esse confessum, non est prudens dubium, quòd confessus non sis, quia sæpe vix hesternorum aut etiam hodiernorum meminimus, & cum solitus sit se parare diligenter nec voluntariè omittere aliquid, prudenter præsumit se non fuisse oblitum nec omisisse. Contraria omnia sunt dicenda de illo, qui vel non est timoratae conscientia, vel antehac non est solitus cum dili-

gentia & integrè confiteri, nam hìc sunt rationes contrariæ, & ex communiter contingentibus est præsumptio contra ipsum, hinc dirigere se debet secundùm dicta n. 604. & 605. Atque ex his colligitur vix unquam circa ista fore dubium merè negativum, nisi de aliquo ignoretur, an timoratus sit, vel in confessionibus rectè instituendis antehac sollicitus fuerit necne, quando enim pro pœnitere est præsumptio juris, hæc pars censenda est probabilis, uti rectè Sit. Arrago. Sanch. & alii cum Moya n. 23. ideoque talis potest se dirigere secundùm dicta à n. 600.

613. §. 16. Si ex levi omnino fundamento dubites, aut potius timeas, aut suspiceris, an non fortè peccaris mortaliter, vel an in confessione non omiseris mortale, non ideo teneris confiteri, quia non est dubium prudens, unde sicut sine rationabili motivo incidit, sic poteris sine alio motivo contemnere: Et si tum esset obligatio confitendi, orirentur innumeri scrupuli, uti rectè cum aliis Mendo n. 2.

614. Q. 86. An peccatum dubium se solo sit materia sufficiens confessionis. R. Esset materia sufficiens, si re ipsa esset commissum, sed quia hoc incertum est, non debet se solo subjici absolutioni dandæ absolutè, uti communissimè omnes cum Platel. n. 797. quia cum possit esse non verè commissum, Sacramentum exponeretur periculo nullitatis: itaque per accidens erit obligatio addendi aliud peccatum certum saltem veniale, aut absolutio erit tantùm sub conditione danda, inquit Gormaz p. 2. n. 169. Si tamen certus esses esse veniale, & cōfitereris sub dubio, an esset mortale an veniale, non esset opus addere aliud peccatum, quia se solo esset materia

certa,

certa, *Sanch. in Decal. l. 1. c. 10. n. 3. Dicast. d. 9. n. 290.* Similiter rectè notat *Sporer n. 56.* si Confessarius ex circumstantiis personæ confitentis advertat pro certo aliquod peccatorum, quæ pœnitens sub dubio confitetur, revera esse commissum, potest absolutè absolvere, quia peccatum est declaratum, prout in conscientia est, nec Sacramentum exponitur periculo nullitatis.

Q. 87. Ad quid teneatur, qui confessus est mortale certum tanquam dubium, vel dubium tanquam certum. R. S. 1. Si confessus sis mortale tanquam dubium, quale tum putabas esse, & postea agnoscas esse certum, te non teneri iterum tanquam certum confiteri docent *Meroll. Leand. Caram. & alii, quos Moya t. 3. d. 1. q. 6. n. 2. & Mendo d. 10. nu. 68. referunt. Accedunt Ar. d. 31. n. 46. Escob. l. 15. n. 179. Bosco d. 7. l. 8. à n. 138. quamvis postea n. 152. revocet in dubium. Idem, absolutè tenent Stoz l. 1 p. 5. n. 170. & Sporer n. 398. nec dissentit Herinx d. 3. n. 51. quamvis absolutè nihil videatur determinare. Rationem dant 1. quia confessus es, uti habebas in conscientia, & directè es absolutus, nemo autem tenetur iterum confiteri id, à quo directè est absolutus. 2. Dubietas vel certitudo non est circumstantia se tenens ex parte objecti, quod solùm explicari debet, sed tantùm per accidens se habet ex parte intellectûs. 3. Absolutus à censura vel voto dubio non tenetur iterum absolvi, quamvis comperiat fuisse certa. Similiter in judicio forensi absolutus à crimine dubio non potest revocari ad judicium, quamvis crimen postea agnoscat certum, uti cùm commuui *Covar. Sanch. Lug. Tamb. De confes-**

1. 2.

l. 2. c. 1. nu. 25. ergo à pari hìc. 4. Et præcipuè, quia si dubites de numero, & ideo dicas te decies circiter fecisse, quamvis postea comparias te fecisse undecies, non teneris postea hanc undecimam vicem confiteri, quamvis hanc sub dubio tantùm sis confessus, ergo nec peccatum ut certum, si confessus sis ut dubium. Hæ rationes non sunt exigui roboris, inquit *Mendo* n. 76. & ideo Magister sacri Palatii aliique apud *Lugo* d. 16. n. 93. dixerunt sententiam istam esse probabilem, qualem etiam censent *Verric. Pellis. Rosel. Sachus, Delgald. Ferrant. Tancr. Perez*, apud *Moyam* supra, *Lohner* De confes. p. 2. c. 12. §. 2. q. 7. dicit poenitentem in praxi posse sequi, *Tamb.* num. 24. vocat sententiam probabilissimam, *Bress.* non improbabilem, & ideo *Gob.* in *Exp.* t. 4. n. 214. dicit aliquem sic recordantem mortalis ut certi, quod ut dubium erat confessus, probabiliter posse tunc communicare sine nova confessione. E contra esse obligationem iterum confitendi docent reliqui communiter, quos citat & sequitur *Mendo* nu. 70. quod *Gob.* t. 7. n. 215. tenet ut probabilius, *Illf.* n. 116. dicit esse omnium ferè Doctorum, *Dicast.* d. 9. n. 141. dicit oppositum esse inauditum in Ecclesia, *Sanch.* in *Decal.* l. 1. c. 10. n. 69. *Carden.* in t. crisi d. 51. n. 6. *Moya* dicunt esse certum & communi praxi totius Ecclesiæ conforme: *Lugo* à n. 77. postquam in utramque partem optime discurrisset, concludit se ab hac utpote communi nolle recedere. Omissis autem aliis rationibus, quæ vel nimium probant, vel facile retorquentur, probatur ex dictis n. 610. quia in illis, quæ pendent à voluntate Christi, uti hìc est, tenendum est hoc, quod dicunt plerique,

fed

fed pl
tendu
assert
am id
Conf
alia im
ut cer
dubio
& non
asserti
posita

Ad
ligatio
absolu
quia n
quasi f
quend
absolu

Ad
beat, t
stans c
aliud à
stans
Conf.
xisses.
se, v
fecisse
etum,
go &
direct
cum f
parte
Ad
crimi
vitur

fed plerique dicunt peccatum tale esse repetendum, ergo. Deinde ab initio erat obligatio assertivè illud confitendi tanquam certum, etiam ideo, quia notabiliter immutatur iudicium Confessarii, debetque alia ferri sententia & alia imponi satisfactio, si assertivè proponatur ut certum, quàm si ut dubium, ergo cessante dubio, quod per accidens tantùm suspendebat & non tollebat obligationem, redit obligatio assertivè confitendi ut certum. Ad rationes oppositas respondetur,

Ad 1. n. conf. per accidens enim sæpe est obligatio iterum confitendi id, à quo directè es absolutus, uti num. 590. dictum est, etiam ideo quia necdum absolutus es absolutè, sed tantùm quasi sub conditione, debes autem, per se loquendo, ab omnimortali absolvi directè & absolutè.

Ad 2. Quamvis certitudo explicari non debeat, tamen debet explicari peccatum jam substantans certitudini, quia in hoc statu est moraliter aliud à se ipso ut substantante dubietati, nam substantans dubietati poterat nullum esse peccatum. *Conf.* nam si planè ignorans, an pejerasses, dixisses, accuso me de perjurio, quod potui fecisse, vel de perjurio, si feci, postea agnoscens te fecisse, tenereris absolutè confiteri tanquam factum, uti docent omnes communiter cum *Lugo & Moya*, quamvis ab illo æquè dici posses directè absolutus, & certa cognitio non sit circumstantia se tenens ex parte objecti sed ex parte intellectûs tantùm, ergo similiter hic.

Ad 3. n. conf. Absolutio à censura, voto, crimine forensi, non pendet ab illo, qui absolvitur, nec ab ejus dispositione vel confessione, sed

sed fieri potest à Superiore etiam invito reo.
 E contra absolutio à peccato prærequirit affer-
 tivam confessionem certi peccati, prout postea
 est in conscientia.

616. *Ad 4.* est difficilius respondere, nam *Lugo*
 à n. 78. *Arr.* a n. 45. *Dicast.* a n. 124. & alii pu-
 tant non posse inveniri disparitatem inter pec-
 catum sub dubio & numerum sub indetermi-
 natione per Tò circiter expressum, hinc Au-
 thores primæ sententiæ dicunt in neutro casu
 esse obligationem aliter postea confitendi: E
 contra. *G. Hurt. Dicast.* n. 140. *Steph.* t. 5. d. 5. n.
 153. *Schild.* t. 6. n. 48. *Aversa* q. 10. s. 12. §. *Post-*
quam, *Carden* apud *Illf.* n. 150. negant antec. &
 dicunt esse obligationem confitendi postea il-
 lam undecimam vicem, ad quod etiam dice-
 dum dicit se ratione cogi *Gob.* t. 6. n. 443. nam
 si dixisset, decies pejeravi & dubito de undeci-
 ma vice, foret obligatio hanc undecimam vi-
 cem confitendi iterum, si postea de illa redde-
 retur certus, uti fatentur *Moya*, *Illf.* n. 116. et
 go etiam in priore casu. His non obstantibus
 quia communissima sententia *Soti*, *Vega*, *Suar.*
Vasq. *Bona.* *Regin.* *Côn.* *Stoz* n. 97. *Sporer* n. 446.
 & aliorum, quos refert *Lugo* n. 78. dicit non
 esse opus postea confiteri istam undecimam
 vicem: si dixerit, uti tum putabat, pejeravi de-
 cies circiter, & hunc esse communem sensum
 fidelium dicit *Arr.*; *Illf.* autem dicit esse fere
 omnium, hinc concesso antec. neganda est
 conseq., Disparitatem hanc dat *Moya*, quam
 etiam ex parte agnoscit *Lugo* n. 588., quia se-
 cundùm interpretationem communem vo-
 luntatis Christi, quam dant Authores, non est
 obligatio fatendi numerum mathematicè sed

mora-

moraliter, ita ut Confessarius intelligere possit aliquantulum multitudinem peccatorum & statum pœnitentis, hoc enim sufficit, ut imponat satisfactionem debitam: & quod semel aut bis plùs vel minùs fecerit, non solet multùm variare iudicium Confessarii in ordine ad imponendam pœnitentiam. Oppositum est de exprimenda certa entitate peccati, nam Confessarius longè aliter debet iudicare de certo, quàm de dubio peccato. Cur autem Christus voluerit magis determinatè significari speciem quàm numerum, ratio potuit esse, tum quia numerus longè difficiliùs cognoscitur & faciliùs è memoria excidit, tum quia Confessarius faciliùs conijcere potest veritatem numeri, quàm certitudinem peccati. Aliam disparitatem dant *Mendo nu. 76. & Illf. suprâ*, quia, qui dixit, decies circiter, sufficienter dixit undecimam vicem, nam illam dixit assertivè, quamvis sub disjunctiõne, nempe dicendo vel decem vel novem, vel undecim vices, & assertio illa disjunctiva est absoluta ac certa, propositio autem disjunctiva verificatur in quacunque parte disjuncti, ergo si commiserat undecim vicibus, confessio assertiva determinatè verificabatur in numero undecimo, sicque hic numerus erat sufficienter assertus & expressus. E contra in confessione peccati ut dubii nullo modo assertivè exprimitur peccatum, neque in ista confessione ut dubii verificatur confessio ut certi. Aliam adhuc disparitatem dat *Burgh. centur. 2. cas. 55.* quia hoc ipso, quod parvus numerus contineatur in magno, quasi absorbetur in illo & censetur in hoc explicatus: E contra cum dubium separatim exponatur, & certum non imbibit-

imbiba-

imbibatur in dubio, certum debet in seipso exprimi. Denique etiam à posteriori colligitur disparitas, nam peccata decem plus minus sunt materia certa absolutionis absolutæ, non autem peccata dubia, uti n. 614. dictum est, ergo Quousque autem particula illa, circiter, extendatur, dicetur à n. 940.

617. §. 2. Si confessus sis mortale tanquam certum, quale tum putabas esse, quamvis postea iudices esse dubium, non teneris iterum confiteri tanquam dubium, uti habet communissima cum *Dicast.* n. 287. *Bosco* d. 7. s. 8. n. 134. *Tamb.* n. 19. & certum esse dicit *Lugo* n. 77. imprimis quia confessus es, uti habebas in conscientia: deinde quia qui absolvitur à peccato certo, magis absolvitur à dubio, cum sententia lata in illud ut certum afficiat & exæquet totam rationem dubii quodammodo inclusam & superatam in ratione certitudinis. Atque idem est, si confessus sis majorem numerum & postea agnoscas fuisse minorem, aut si confessus sis peccatum ut dubium, & postea agnoscat fuisse nullum, nam postea aliquid de hoc dicere non esset se accusare sed excusare, quod, per se loquendo, non est opus, quando confessio jam bonâ fide peracta est.

618. §. 3. Si mortale certo cognitum confitearis tanquam dubium; aut è contrâ si dubites de mortali, & te accuses tanquam de mortali certo, teneris iterum confiteri, *Tann.* q. 7. n. 45. *Dicast.* n. 136. *Lugo* n. 79. *Mendo* n. 79. *Ill.* n. 114. aliique communiter contra *Bosco* n. 139. Ratio est, quia non es confessus, prout habebas in conscientia: imò si hoc advertenter fecisti, mentitus es in re necessaria notabiliter immu-

rante

rante iudicium Confessarii, sicque peccasti mortaliter, *S. Th. S. Anton. Palud. Sor. Led. Sylv. Aversa* q. 10. l. 3. *Moya* q. 5. n. 24. Et de hoc dicit *Sanch.* n. 68. neminem dubitare, nam ita confitendo dicebas te sic habere in conscientia, quod tamen falsum erat: unde quamvis non sit necessarium addere te habere certitudinem de existentia peccati, sed satis sit absolutè dicere te fecisse, tamen non debes addere verba significantia certitudinem vel incertitudinem, quando iudicium tuum non est tale.

§. 4. Si confessus es peccatum integrè, prout 619.
factum est, & prout conscientia tunc te arguebat, v. g. dicendo te osculatum esse virginem, quod peccatum jam nescis, sed dubitas, an fuerit veniale, an mortale, quamvis etiam tecum dubitaverit Confessarius, non teneris iterum confiteri, licèt postea tu vel Confessarius agnoscat fuisse mortale, *Sanch.* n. 69. *Lugo* n. 93. *Tamb.* n. 26. *Stoz* n. 170. & tandem consentit *Arr.* n. 50. dicitque *Bosco* n. 148. esse còmmunem, quia confessus es integrè, neque ex modo confitendi determinasti Confessarium ad falsò iudicandum: sed neque ad valorem Confessionis requiritur, ut pœnitens vel Confessarius sciat peccatum esse mortale vel veniale, uti pluribus ostendunt *Dicast.* d. 10. n. 349. & *Illf.* n. 151. Unde etiam, quamvis per accidens iudicetur esse veniale, quando est mortale, non obstat valori Confessionis, dummodo pœnitens dixerit factum, sicuti tunc in conscientia novit. Idem est, inquit *Arr.*, si rectè dixeris numerum peccatorum, quamvis Confessarius præsumperit alium. Id tamen notandum est, quòd quando aliquod factum de se fuit indifferens

ad mortale vel veniale, pœnitens, si meminerit, teneatur addere, an apprehenderit esse mortale vel veniale, uti omnes fatentur.

620. Q. 88. An peccatum in communi sit materia sufficiens vel necessaria Confessionis. R. §. 1. In casu necessitatis sufficit confiteri peccata etiam mortalia in genere tantum, v. g. dicendo, accuso me de peccatis meis, S. Tho. & alii 49. gravissimi Authores cum *Vindice Gobat* propos. 1. n. 12. *Aversa* q. 10. l. 16. *Dicast.* d. 9. n. 744. *Palay* n. 293. aliisque communissimè, tum ex Rituali Romano, tum ex praxi Ecclesiæ, quæ absolvit moribundos, quamvis nullum peccatum in particulari expresserint, uti dicetur à n. 1156. Ratio autem est, quia hoc ipso, quòd doleat de peccato & se peccasse manifestet, subjicit materiam aptam absolutioni: & sicuti impotentia excusat ab expressione numeri, ita etiam ab expressione speciei. An verò aliquid & quid in ejusmodi casu dici debeat directè absolvi, non conveniunt Authores; *Dicast.* à n. 748. dicit directè absolvi omnia, de quibus est dolor & ejusmodi Confessio quantumvis generica: *Hugo* d. 17. à n. 13. probabiliter dicit formaliter & directè remitti solum prædicatum genericum peccati in communi, quia hoc solum ex vi Confessionis fit Confessario cognitum, materialiter autem & indirectè remitti unumquodque peccatum mortale, prout à parte rei est identificatum illi prædicato generico.

621. §. 2. Etiam extra casum necessitatis, materia sufficiens & licita Confessionis est veniale secundum speciem, uti si dicas, accuso me de mendaciis, fui impatiens, nullum exprimendo numerum, ita Authores communiter, &

certum

certum esse meritò dicit *Carden.* in 2. crisi d. 3. à n. 124. contra quosdam recentiores, quia est Confessio peccati, & quidem determinatè saltem unius in hac specie, nec obligatio est addendi numerum venialium. *Nec obstat*, quòd consecratio non valeat, si velis consecrare aliquas hostias in cumulo & non determines quas, *nam* hoc ideo est, quia per pronomen *Hoc* exigitur determinatio materiæ consecrandæ, nihil autem est in forma absolutionis, quod exigit determinationem alicujus peccati, ergo.

§. 3. Probabilius videtur non esse licitum 622: extra casum necessitatis se in genere tantum accusare de solis venialibus, v. g. dicendo, accuso me de multis venialibus, quæ per vitam feci, sed debere aliquod addi saltem in specie, tum quia est contra praxin Ecclesiæ, tum etiam quia hoc Sacramentum est institutum per modum accusationis & iudicii, hæc autem, per se loquendo & ordinariè, fieri debent circa materiam saltem in specie certam & determinatam, *Suar.* d. 23. s. 1. n. 10. *Aversa* §. *Quartò.* *Bosco* d. 7. s. 9. à n. 115. *Con. & Bonac.* apud *Dian.* p. 3. t. 4. R. 66. contra *Dicast.* n. 761. *Burgh.* cent. 3. casu 41. & alios.

§. 4. Si quis extra necessitatem ita in genere 623: tantum se accuset de venialibus, non determinando ullum in specie, validè quidem absolvi- tur, uti authores communiùs cum *Herinx* d. 3. n. 67. & *Bosco* nu. 114., valde tamen incertum est, quæ & quot venialia remittantur ex vi absolutionis: *Dicast.* d. 6. dub. 17. & *Dian.* p. 11. t. 5. R. 24. putant remitti omnia, ad quæ se extendit dolor, quia aliqua remittuntur, non est autem ratio, cur unum & non alterum, ergo.

E contra *Lugo* d. 14. n. 142., ad quem inclinat *Bosco* l. 4. nu. 38. putat illa tantum remitti, quæ Confessarius censetur potuisse secundum speciem percipere, vel ex verbis pœnitentis, vel ex modo confitendi, vel saltem ex circumstantiis, quia illa sola censentur directè affici per sententiam absolutionis, cum illa sola fiant ex vi Confessionis sufficienter cognita, & sic censebuntur sufficienter cognosci negligentia in officio, distractiones in oratione; item aliqua venialia, quæ pœnitens solet confiteri, ideoque saltem aliqua horum venialium remittentur, reliqua autem non remittentur nequidem indirectè, cum enim unum veniale remitti possit sine altero, remissio indirecta, de qua dixi num. 597. non habet locum in distinctis venialibus, uti fatetur *Dicast.* n. 320.

624. §. 5. Si quis in specie tantum se accuset de venialibus non determinando ullum numerum, sed dicendo, v. g. mentitus sum, fui impatiens, *Arr.* d. 28. n. 23. *Dicast. Dian.* & *Bosco* supra aliique multi apud *Moyam* d. 5. q. 5. à nu. 115. valde probabiliter dicunt ex vi absolutionis remitti omnia, ad quæ se extendit dolor, sicuti ad consecrandum omnes hostias, quæ ante mensam sunt, non est opus scire vel determinare, quot ibi sint, sed satis est, quod mea consecratio feratur super omnes in confuso: Contradicunt tamen etiam probabiliter *Lugo* supra & alii, qui dicunt tantum tot remitti, quot Confessarius censetur potuisse percipere ex vi Confessionis vel circumstantiarum, & ratio data est n. 123. unde in praxi tutius est addere aliquem numerum, si occurrat.

625. §. 6. Sciens se peccasse mortaliter, sed nesciens

nesciens in qua specie, tenetur dicere, peccavi mortaliter, estque hæc materia sufficiens & necessaria absolutionis, uti dicetur n. 1137. An autem absolvi possit, qui nullum dixit peccatum, sed tantum dedit aliqua signa doloris, dicetur à n. 1156.

Q. 89. *Quid addendum sit circa formam Sacramenti Pœnitentiæ.* R. seqq. § 1. Cùm formæ Sacramentorum secundum dicta p. 1. n. 11. sint determinatæ ad certam significationem, communis sententia tenet, per formam Pœnitentiæ significari debere, 1. personam absolventis. 2.

explicitè personam hominis absolvendi. 3. actualem liberationem à peccato.

§ 2. Scotus in 4. dist. 14. q. 4. putavit nulla 627.

præcisa verba hic esse necessaria, sicuti necessaria sunt in Baptismo & Eucharistia; sed si velit nulla omnino verba formalia esse necessaria, hoc sustineri non potest, uti constabit ex §. seqq. Si autem tantum velit essentiam formæ salvari in quibuscunque verbis, dummodo retineant sensum à Christo intentum, hoc verum est, secundum dicta p. 1. n. 29. sed non video, cur aliud requirat in Sacramento Baptismi vel Eucharistiæ, nam ad horum valorem etiam sufficiunt verba æquivalentia.

§ 3. Ad absolutionem sacramentalem re- 628.

quiruntur verba formalia, quod meritò dicunt esse certum *Suar.* d. 19. s. 1. n. 3. *Lugo* d. 13. n. 2. *Aversa* q. 12. s. 1. *Arr.* d. 49. n. 1. *Illj.* n. 18. ita ut uterque *Sot.* apud *Moyam* d. 6. q. 5. n. 49. oppositum vocent errorem vel hæresin. *Probat* 1. ex Florent. in Decreto *Eug.* IV. ad Armenos, ubi ait, *Forma hujus Sacramenti sunt verba absolutionis, quæ Sacerdos profert.* 2. Ex *Trid.* sess.

14. De pœn. c. 3. dicente formam in illis verbis Ministri positam esse, *Ego te absolvo &c.* 3. Ex traditione & perpetuo usu Ecclesiæ. 4. Ex consensu Theologorum & communi sensu fidelium. *Nec obstat*, quòd absolutio in foro externo, imò etiam in interno absolutio à censuris fieri possit scripto, *nam* pro absoluteione à peccatis aliter voluit Christus, quod nobis constat ex dictis, & ita etiam posset Rex pro suo regno statuere, ut non valeret sententia Judicis, nisi voce prolata in foro.

629. §. 4. *Durand. & Aureol.* apud *Amic.* d. 11. n. 5. dicunt præter hæc verba, *Te absolvo à peccatis*, essentialiter etiam requiri illa, *In nomine Patris & Filii &c.* vel saltem similia, quæ significant Deum tanquam principale agens, uti in Baptismo exprimitur his, *In nomine Patris & Filii &c.* Hæc sententia communiter rejicitur ab omnibus, teste *Lugo* d. 13. nu. 13. ideoque secundum *Bosco* l. 3. n. 8. non est probabilis, sed opposita est omnino certa, inquit *Arr.* nu. 15. nam pro Baptismo habemus fundamentum in scriptura *Matthæi* 28. v. 19. *Baptizantes eos in nomine Patris &c.* tale autem nullum est pro Sacramento Pœnitentiæ. Deinde ratio est diversa, quia Sacramentum Baptismi est specialiter Sacramentum fidei, ergo merito potuit Christus requirere professionem Dei Unius & Trini, quod ipsum in p. 1. n. 382. dixi de Sacramento Confirmationis, quod est ad roborandam fidem in Baptismo acceptam, quæ ratio non est de Pœnitentia.
- 630.

§. 5. *P. Sot. & Angel.* apud *Amic.* n. 8. item *Viggers* apud *Bosco* n. 12. dicunt hæc requiri, *Absolvo te à peccatis tuis*, putatque *Gabr.* apud *Illj.*

Illj. n. 2. tuis: sed requiri continetur est, inquit ex necessitate omnibus. Et idem Romanus & mer venialia oblivio dicit T §. 6. ton. alii p. 11. t. cast. *Illj.* dicunt tiam ha 2. p. 1. e. d. 10. f. 2. *Tamb.* immeri valde p sensu, c multum vident menti enim, c fionem tem ex videtur dam li §. 7.

Ill. n. 20. etiã addi debere, ab omnibus peccatis tuis: sed contrã est, quia certum videtur non requiri *Tò tuis*, cùm significatio illius vocis satis contineatur in *tò te*, uti apud omnes in confesso est, inquit *Bosco* n. 15. & satis manifestè colligitur ex Rituali Romano, quod pro forma in necessitate assignat ista verba, *ego te absolvo ab omnibus censuris & peccatis*, omittendo *Tò tuis*. Et idem videtur esse de *tò omnibus*, nam Rituale Romanum in forma ordinaria etiam omittit, & meritò, quia sæpè non remittuntur omnia venialia, nec directè illa mortalia, quæ quis per oblivionem non est confessus, hinc *Arr.* suprã dicit *Tò omnibus* debere omitti.

§. 6. *S. Tho.* p. 3. q. 84. a. 3. *Catech. Rom. S. An.* 631.
ton. aliique 42. gravissimi Authores cum *Dian.*
 p. 11. t. 6. R. 11. ad quos accedunt *Rhodes*, *Dicast.* *Ill.* *Sporer* & recentiores communissimè, dicunt sufficere hæc verba, *absolvo te*: Sententiam hanc optimè defendit *Mlotz.* d. 6. q. 1. diff. 2. p. 1. eamque certissimam vocat *Suar.* de cens. d. 10. l. 2. n. 7. *Escob.* l. 14. n. 199. omnino certam, *Tamb.* De confess. l. 3. c. 10. n. 57. certam: sed immeritò, uti constabit ex dicendis: est tamen valde probabilis, tum ex communi Doctorum sensu, qui in illis, quæ à Dei voluntate pendent, multum ponderis habet, tum quia hæc verba videntur sufficienter significare effectum Sacramenti, qui est remissio peccatorum, hoc ipso enim, quòd dolor sit manifestatus per Confessionem peccatorum, absolutio subsequens saltem ex circumstantiis & intentione Sacerdotis videtur sufficienter determinata ad significandam liberationem determinatè à peccatis.

§. 7. *Herinx* d. 1. n. 27. dicit verba illa, *ab-* 632.
solvo

solvo te, ut conjuncta cum circumstantia Confessionis & intentione Ministri habere vim significandi etiam à peccatis, si tamen Minister intenderet per illa sola non significare, sed tantum simul per illa, à peccatis, dicit non significatura sine his, adeoque si adsit hæc intentio, omnia ista verba, *absolvo te à peccatis*, fore de essentia, quia Tò *absolvo* sumetur in significatione generali tanquam determinandum per verba subsequenta, sicuti verba æquivoca vel dubia per intentionem loquentis determinari possunt ad hanc vel istam significationem. Hæc sententia etiam probabiliter defendi potest, nihilominus,

633. §. 8. Probabilius videtur, quòd ad essentiam formæ Sacramenti pœnitentiæ semper requirantur hæc vel æquivalentia verba: *Absolvo te à peccatis*. Ita Auctores n. 629. & 630. citati, ad quos accedunt *Palud. Maj. Pasq. Martin.* apud *Dianam* supra: sequuntur *Aversa* q. 12. l. 3. *Gorm.* n. 185. & alii. Probatur 1. ex verbis, quibus Christus instituit hoc Sacramentum *Joannis* 20. per hæc enim fecit expressam mentionem peccatorum, nam non dixit, quibus remisseritis, remittetur eis, sed *quorum remisseritis peccata*, ergo sicuti ex eo, quòd Christus instituens Baptismum fecerit expressam mentionem baptizantis & baptizandi; item Dei Unius & Trini, adversarii dicunt debere hæc determinatè significari per formam Baptismi, ita debent dicere de Tò à peccatis significando per formam Pœnitentiæ. *Prob. 2.* nam hoc innuunt *Concilia Florent. & Trid.*; item *Rituale Romanum*, quando expressè dicunt formam hujus Sacramenti esse verba, *Ego absolvo te &c.* ubi per Tò &c.

Et videntur velle aliquid requiri præter illa ,
ego te absolvo. Nec obstat, quòd aliqua exemplaria
 Florentini, teste *Dicast.* non habeant *Tò Et. nam*
 exemplaria *Trid.* ubique habent, & communi-
 ter habent etiam exemplaria *Florentini*, saltem
 ubi ad longum impressum est, uti fatetur *Bosco*
n. 9. *Quamvis* autem probabiliter dicatur ideo
 apposuisse *Tò Et.*, quia alia addi debent ex
 præcepto. tamen incertum est, an hoc tantum
 intenderint, & oppositum colligitur ex simili
 loco *Tridentini*, nã *sess. 14. De extrema Unctio-*
ne c. 1. dicit hujus Sacramenti formam esse illa
 verba, *per istam unctiorem Et.* & tamen certum
 est quòd verba alia inclusa in *Tò Et.* sint de es-
 sentia hujus formæ: hinc *Conf.* nam omnes com-
 munissimè dicunt de essentia formæ extremæ
 Unctionis esse non tantum ista verba, *per istam*
sanctam unctiorem indulgeat tibi Deus, sed etiam
 ista, *quidquid deliquisti*, & quidem ratione suâ, ut
 fiat expressa mentio peccati, ergo multò magis
 debet fieri mentio peccati in forma Pœniten-
 tiæ, cum sit directè & per se ad remissionem
 peccati, utpote Sacramentum mortuorum, &
 per *Tò absolvo*, nō ita significetur peccatum, uti
 per *Tò indulgeat*: unde *Prob. 3.* Quia per for-
 mam Pœnitentiæ debet significari remissio
 peccatorum, uti fatentur omnes, sed per verba
 illa, *absolvo te*, non significatur remissio peccato-
 rum, verba enim illa sunt indifferentia ad signi-
 ficandam remissionem, vel censuræ tantum, vel
 peccati tantum, vel pœnæ tantum, vel omni-
 um horum, vel aliquorum tantum; & simpli-
 citer nihil horum significant, nequidem æqui-
 vòcè, tam parùm quàm vox, *comedo*, æquivocè
 significet carnem vel piscem, aut vox, *dono*,
 signi-

significet aurum vel pomum, uti rectè probat *Arr. d. 49. à n. 18.* Si tamen quis velit, quòd vox, *absolvo*, illa omnia significet, significabit univo-
cè, quia propter eandem rationem per nomen significatam, nempe quia significat, *libero*, secun-
dum dicenda n. 641.

634. *Respondent*, determinari per circumstantias confessionis factæ & simul per intentionem Sa-
cerdotis, ut potiùs significant hoc quàm illud.
Contra est 1. Ergo ex se non habent significare remissionem peccatorum, hoc autem videtur requiri ad formam hujus Sacramenti, ad quam Christus assumpsit verba & non circumstantias. 2. Si sufficeret, quòd simul loquantur circumstantiæ, ergo pro Eucharistia etiam sufficet hæc forma, *ecce corpus meum*, si simul digito demonstrarem hostiam præsentem, quod tamen plerique negant: item in hoc Sacramento sufficet, *Tò absolvo*, si digito demonstrarem hominem jam confessum, quòd licet in casu aliquo concedat *Sotus*, & probabile dicat *Arr. nu. 23.* tamen sententiam illam malè audivisse testatur *Aversa l. 2. §. Septimò*, quia Christus videtur voluisse exprimi personam absolvendi, ut ita sententia judicaria caderet super determinatum subjectum, nam Christus instituens dixit, *quorum remiseritis peccata*, & non dixit, *quæ peccata remiseritis*. Deinde si sufficeret absolvendum & ejus peccata ex circumstantiis intelligi, ergo si quis confessus peteret à Confessario, nunquid me absolvis? & Confessarius responderet, ita, *Tò ita* sufficeret, quia in his circumstantiis & ex intentione proferentis significaret, *absolvo te à peccatis*, quod quamvis concedat *Martinez apud Haun. l. 4. num. 977.*, tamen

Lugo

Lugo d.
certum.

Obi.

in nomin

uti dictu

quia ver

veri sen

R. n. m

cumsta

ria, sec

ibidem

ex circ

signific

se signi

hæc, in

cludun

tium ce

has circ

rentu

signific

la sua s

object

tes, sec

verba

dem se

cent a

simul

Obi

tum p

pecca

R. Al

mitti

quia t

cadu

dum

Lugo d. 13. n. 25. meritò dicit oppositum esse certum.

Obji. 1. Hæc forma Baptismi, *Ego te baptizo* 635. *in nomine Patria filia & spiritu sancta*, est valida, uti dictum est in p. 1. n. 36. sed ideo est valida, quia verba ex circumstantiis erant significativa veri sensûs, ergo similiter hæc verba, *absolvo te*. R. n. min. nam ideo est valida, quia in istis circumstantiis erant ex institutione sua secundaria, secundùm se significativa veri sensûs, uti ibidem explicatum est; aliud autem est verba ex circumstantiis sive cum circumstantiis esse significativa, uti sunt illa, *absolvo te*, aliud esse de se significativa in circumstantiis, qualia sunt hæc, *in nomine Patria*, quæ prout significativa includunt secundariam volitionem instituentium conditionatam, essentialiter respicientem has circumstantias, quâ volebant, ut si proferrentur in præsuppositis his circumstantiis, hoc significarent, ergo hæc verba ex institutione illa sua secundaria de se sunt significativa talis objecti, non per circumstantias simul loquentes, sed seipsis ex vi talis institutionis: è contrà verba illa, *absolvo te*, ex nulla institutione nequidem secundaria habent, quòd se solis significant absolutionem à peccatis, sed hanc debent simul significare circumstantiæ.

Obji. 2. Si quis commiserit unicum peccatum post Baptismum, falsum erit, *absolvo te à peccatis*, quia non habet peccata sed peccatum. R. Aliqui dicunt originale simul secundò remitti per infusionem hujus gratiæ, sed contrà, quia sola peccata post Baptismum commissa cadunt sub absolutionem Sacerdotis, secundùm dicta n. 588. Itaque dicendum est poni in

in plurali, quia communiter adsunt plura, & si
fortè adsit unicum ex modo loquendi positum
plurale pro singulari, uti quando dicimus, *ma-*
vos, pro, ego, tu, Ex dictis,

637. *Colliguntur seqq. 1. Hæ formæ, tu à me absol-*
veris à peccatis : Petrus vel dominatio vel tra-
me absolvitur à peccatis : Jubeo, volo te abso-
lutum esse à peccatis, sunt validæ, quia est muta-
tio tantùm accidentalis, cùm verba retineant
sensus à Christo intentum : sunt tamen illicitæ,
quia fit contra consuetudinē & præscriptum
Ecclesiæ. Et universaliter dixi in 1. p. à n. 40
quandonam mutatio accidentalis censetur
notabilis, adeoque sit peccatum mortale, &
quandonam non sit notabilis, ideoque sit ve-
veniale tantùm vel etiam nullum peccatum.
Speciatim hinc omittere tò *ego, Platel. n. 80.* di-
cit nullum esse peccatum, quia sufficienter in-
cluditur in *Tò absolvo* : *Gormaz n. 185.* dicit et-
se saltem veniale, *Aversa §. sextò* alique com-
muniter dicunt esse veniale tantùm, contra *Pa-*
gund. qui putavit esse mortale. Similiter vide-
tur esse veniale tantùm omittere *Tò tuis.* Si au-
tem omittantur ista, *in nomine Patris & Filii &*
Spiritus sancti, amen, aliqui cum *Dicast. n. 28.* di-
cunt nequidem esse veniale, quia putant con-
suetudinem Ecclesiæ illa addentis esse liberam.
Gran. putat vix excusandum à mortali, & vide-
tur in idem inclinare *Gormaz n. 193.* sed abso-
lutè dicunt esse veniale tantùm *Bosco, Platel.* ali-
que communiter.

638. 2. Quamvis ad valorem sufficiat, *absolvo*
peccatis tuis, uti habent *Lugo, Dicast. n. 53.* *Aversa*
suprà, tamen videtur fore mutationem nota-
bilem, adeoque mortale, imò fortè esset muta-

tio indu-
est hæc,
ciem ju-
tale est
mâ dubi-
docent-
160. du-
solvo à p-
ritus san-
antece-
dem ve-
ter adj-
si absqu-
ba; Dom-
ego auth-
Ecclesi-
dam un-
naria fo-
Domini
latus, u-
ne gen-
babile
satisfac-
3. S-
deprec-
hunc à
munif-
ideoqu-
tum e-
judici-
re esse
Hinc
nequi-
tùm p-
soluti

tio inducens dubium de valore, qualis etiam est hæc, *mundo te a peccatis*, cum non habeat speciem judicialis sententiæ, semper autem morale est extra necessitatem uti materiâ vel formâ dubiâ, secundum dicta p. 1. n. 45. Denique docent *Sa, Bosco* n. 6. *Dicast.* nu. 24. *Gob. t.* 7. n. 160. dummodo dicantur hæc verba, *ego te absolvo a peccatis tuis in nomine Patris & Filii & Spiritûs sancti, amen*, quamvis omittantur omnia antecedentia & subsequenta, non fore nequidem veniale, quia *Trid.* dicit tantum laudabiliter adjungi. E contra alii dicunt fore veniale, si absque rationabili causa omittantur ista verba: *Dominus noster JESUS Christus te absolvat & ego autoritate ipsius*, quia hæ voces videntur ex Ecclesiæ usu & voluntate assumptæ ad conflandam unam totam propositionem, quæ sit ordinaria forma hujus Sacramenti. Verba illa, *Passio Domini &c.* de quibus habet *Busenb.* n. 579. relatus, utiliter adduntur, præsertim in confessione generali, aut si tempore abundes, nam probabile est opera pœnitentis per illa elevari ad satisfaciendum, uti dicitur n. 1250.

3. Si quis formam mutaret in modum ^{639.} deprecativum, v. g. dicendo, *O Deus absolute hunc a peccatis suis*, esset invalida, uti habet communissima cum *Aversa* l. 2. & *Bosco* à num. 64. ideoque *S. Th.* opusc. 22. c. 11. dicit oppositum esse temerarium, quia non esset sententia judicialis, qualem ex Christi institutione debere esse docet *Trid.* sess. 14. De pœn. c. 2. & can. 9. Hinc rectè notant *Lugo* n. 105. & *Gorm.* n. 213. nequidem apud Græcos valere, si fiat more tantum precatório, unde quando aliqui SS. PP. absolutionem vocant orationem, volunt esse æqui-

æquivalenter talem, in quantum est representatio meritorum Christi, quibus movetur Deus ad dandam gratiam, vel certè loquuntur de tota forma ordinaria, prout includit etiam antecedentia & consequentia. Si tamen diceret, *absolvat te Deus per me a peccatis*, non more deprecativo, sed imperativo, putat *Lugo* nu. 106. fore validam: Si autem tantùm dicat, *absolvat te Deus a peccatis*, *Arr.* à n. 7. & *Bosco* à n. 57. dicunt adhuc fore validam, quia persona Sacerdotis sufficienter significatur per exercitamentum hujus sententiæ, quæ in foro externo quandoque profertur etiam imperativè, & ita ex *Florent.* dixi in p. I. n. 31. valere hanc formam Baptismi, *baptizetur servus Christi &c.* E contra *Lugo* dicit fore dubiam; attamen validuram, si diceret, *sis absolutus*, vel, *absolvaris a peccatis*, sed de hoc postremo etiam dubito, nam quòd verbis illis, *baptizetur servus Christi*, sufficienter significetur persona baptizans, ideo est, quia actio abluendi, quam ponit baptizans, & super quam tanquam materiam Baptismi cadit forma, est exercita significatio personæ baptizantis: E contra dum absolvens dicit, *sis absolutus*, *absolvaris*, nullam ponit actionem, quæ sit materia Pœnitentiæ, & super quam tanquam materiam cadat forma, ergo non videtur esse exercita significatio personæ absolventis: Et de his aliisque similibus formis videri possunt *Bosco* concl. 3. & *Aversa* suprâ: item ea, quæ dixi in p. I. à n. 29.

604. Q. 90. Quis sit sensus illorum verborum, *absolvit te a peccatis tuis*. R. S. I. Circa hoc variè loquuntur Auctores, nam I. *Magister* aliique apud *Vasq.* q. 84. a. 3. dub. 2. dixerunt esse hunc, *Declaro*

te esse liberum à peccatis , sed hanc sententiam esse falsam, patet ex *Trid.* sess. 14. De pœn. c. 6. ubi can. 9. sic definit : *Si quis dixerit absolutionem Sacramentalem Sacerdotis non esse actum judiciale, sed nudum ministerium pronunciandi & declarandi remissa esse peccata confitenti &c. anathema sit.* 2. Alii dixerunt esse sensum, *libero te ab obligatione peccata illa iterum confitendi* : Sed contra est, nam peccata remittuntur per absolutionem , abstrahendo ab obligatione illa iterum confitendi, quæ obligatio sæpè manet , uti dictum est n. 590. Deinde datur absolutio de solis venialibus, & tamen nunquam fuit obligatio illa confitendi. 3. *Hugo & Rich. à S. Victore* apud *Suar.* d. 19. l. 2. n. 8. dicunt esse sensum, *remitto tibi pœnam aeternam vel temporalem, prout adhuc debitor es.* Contra est, quia per absolutionem, etiam ex intentione Confessarii, remittitur culpa, hæc enim venit nomine peccati. Deinde absolvi non poterit , cui peccatum esset remissum etiam quoad pœnam, quod est contra dicta n. 589 & contra sensum sanctorum hominum & fidelium, qui post exactas longas pro peccatis pœnitentias nihilominus sine scrupulo eadem iterum confitentur. 4. *Côn. d. 4. à n. 61.* dicit esse sensum, *libero te ab indignitate, quam per peccatum contraxisti* : sed confutatur ex jam dictis, nam inprimis liberatur à culpa, quæ est causa illius indignitatis : deinde si Deus semel & simul sustulisset illam indignitatem , posset peccatum iterum absolvi. Et ex his etiam confutantur *Esparsa* q. 90. ad 4. *A. Perez & Gorm.* p. 2. à n. 200. qui dicunt esse sensum, *libero te à sollicitudine causatâ per peccatum : Reddo tibi serenitatem animæ, quam sustulerat peccatum,* nam intentio Sacerdotis

dotis

dotis est primò & directè remittere culpam, etiam si certus essem illam aliunde, v.g. per contritionem esse antecedenter remissam. 5. *Suar. an. 15. Arr. d. 49. n. 38. Dicast. d. 5. dub. 5.* & recentiores communissimè non assignant alium sensum præter hunc, *confero tibi gratiam ex se remissivam peccatorum*, sed per hoc non explicatur sensus naturalis, quem verba habent & retinent ex institutione humana, quam Christus non immutavit, sed supposuit, & postmodum ad istam aliam significationem supernaturalem elevavit: Itaque,

641. §. 2. Hæc verba, *absolvo te à peccatis*, ex institutione humana habent hunc sensum, *Quantum est ex me, judicialiter libero te à peccatis*: quod exercitè idem est, ac, *volo, ut dependenter ab hac mea sententia sis liber à peccatis*. E contra ex institutione Christi habent hunc sensum, *Quantum est ex me, confero tibi gratiam per se remissivam peccati post Baptismum commissi*. Pars 1. videtur constare ex notione vocum, nam omnes intelligentes latinum, si interrogentur, debent dicere hunc esse naturalem sensum. Notatque *Bosius l. 3. n. 89.* Ecclesiam convenientiùs uti verbo illo, *absolvo*, quàm isto, *Remitto*, quamvis etiam *Tò remitto* sufficiat, & Christus in institutione illo fuerit usus, quia *Tò Absolvo* est magis accommodatum ad significandam sententiam judicialem & authoritativam, solius enim Judicis est absolvere, è contra etiam privatorum est remittere offensam vel injuriam sibi illatam. Pars 2. etiam probatur; nam ista verba esse à Christo instituta ad significandam & cavendam gratiam primò & per se remissivam peccati post Baptismum commissi, certum est, quia

quia om
gnifican
tia autem
est ad
tantum.
ctum est
rali & h
lam, tam
verba il
humana
profert,
gnifican
rentis, se
forma E
mine, se
ficet Co
tionis p
persona
uti Jude
ritate P
stante s
bent ex
eadem,
patet. C
lum sen
tione h
do verb
Sacram
forme,
ctu dol
672. tu
berat à
gratiam
lativur
dens h
Tom

quia omne Sacramentum est institutum ad significandam & causandam gratiam; Pœnitentia autem, cùm sit Sacramentum mortuorum, est ad causandam primam, & quidem in illis tantùm, qui post Baptismum labuntur, uti dictum est n. 588. ergo licet ex institutione naturali & humana non habeant significationem illam, tamen habent ex institutione Christi, sicuti verba illa: *Hoc est Corpus meum*, ex institutione humana habent, significare corpus illius, qui profert, at tamen à Christo sunt instituta ad significandum Corpus, non Sacerdotis proferentis, sed Christi: hoc solum est discrimen, quòd forma Eucharistiæ proferatur non tantùm nomine, sed etiã in persona Christi, ideoque significet Corpus Christi tantùm, forma autè absolutionis proferatur tantùm nomine Christi, & in persona hominis Ministri Christo subordinati, uti Judex humanus in persona sua, sed auctoritate Principis fert sententiam. Hoc non obstante significatio, quam verba absolutionis habent ex institutione humana, non est adæquatè eadem, quæ est ex institutione Christi, uti per se patet. *Conf.* utraque pars, nam imprimis per illum sensum, quem dicimus habere ex institutione humana, commodè explicatur, quomodo verba absolutionis maneant vera, quando Sacramentum Pœnitentiæ est validum & informe, eò quòd non causet gratiam, v. g. defectu doloris universalis, de quo casu dicitur à n. 672. tum enim absolvens, quantum est de se, liberat à peccatis, quia, quantum est de se, causat gratiam, cùm ponat Sacramentum de se causativum gratiæ, cujus tamen causatio per accidens hic & nunc impeditur. Deinde per alterum

rum sensum, quem dicimus habere ex infusione divina, melius explicatur, quomodo eadem verba maneant vera, etiamsi cadant super sola peccata quoad culpam & poenam plenè remissa, tum enim causatur gratia, quæ remittit illa peccata, si non inveniret remissa. Et reipsum Deus per infusionem novæ gratiæ iterum cedit jure ad odium & poenam: potestque etiam remittere venialia per eandem infusionem eo sine factam. E contra aliorum Authorum sententiæ vel non ita satisfaciunt his difficultatibus vel incurrunt in alias.

Obji. Gratis dicitur, quòd verba illa configificant istam modificationem, quantum est ex me. R. n. ass. nam cum à sola absolutione Sacerdotis non pendeat, quòd peccata re ipsa remittantur, sed requirantur etiam multa ex parte poenitentis, quæ deesse possunt, verba Sacerdotis non possunt omnino absolutè significare, sed debent tacitè imbibere hanc modificationem, quantum est ex me, sive suppositis supponentibus & similiter in foro civili sententiæ Judicis, præsertim subordinati, non est omnino absoluta, sed imbibit hanc modificationem, quantum est ex me, secundum allegata & probata &c. Hinc etiam in absolutione à censuris communiter additur, *in quantum possum & tu indiges*, uti prescribit Rituale Romanum.

Inst. Ergo verba absolutionis erunt vera quamvis cadant super nullum peccatum, quia absolvens adhuc verè dicet, quantum est ex me, libero te à peccatis. R. n. ass. nam propositio affirmativa de subjecto non supponit esse falsam, si autem poenitens nullum commiserit peccatum, hæc propositio, *quantum est ex me*

libero te à peccatis, est de subjecto non supponente, quia dicit, tollo peccata tua, ergo supponit & dicit peccata fuisse, ergo si peccata non habuit, enunciat falsum. Neque dici potest sensum esse conditionatum, quasi dicat, libero te à peccatis, si peccaveris: nam supponit absolute peccata, & ea requirit ad valorem suum, alioquin non habet materiam, circa quam, neque tum esset dolor de vero peccato, nec confessio veri peccati, ergo nec tum haberetur Sacramentum Pœnitentiæ. *Nec obstat*, quod forma extremæ Unctionis, *Indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti*, sit conditionata & valeat Sacramentum, licet quis per sensus externos non peccarit, uti habent *Suar.* aliique cum *Dian.* p. 3. t. 4. R. 181. nam disparitas est, quod *S. Jacobus* expressè dicat, si in peccatis fuerit, dimittentur, ergo non supponit absolute adesse peccatum. Deinde extrema Unctio non includit dolorem vel confessionem de vero peccato. Denique extrema Unctio habet alium adhuc finem principalem, qui est gratia confortativa in ultimo prælio, quamvis fortè non sit remissiva peccati; opposita omnia sunt in Sacramento Pœnitentiæ.

Q. 91. *Quid præterea sit notandum circa absolutionem Sacramentalem.* R. seqq. §. I. Quoties absolutio repetitur, toties causatur nova gratia, quia toties completur, & fit novum Sacramentum, hinc si Superior absolvisset pœnitentem à solis reservatis, & pro absolutione non reservatorum remississet ad Confessarium inferiorem, aut è contrâ, si Confessarius inferior absolvisset à solis non reservatis, & Superior postea à reservatis, in utroque casu essent duo Sacramenta & causaretur duplex gratia, *Suar. Con.*

Lugo d. 20. n. 81. *Dicast.* d. 11. n. 320. dicens esse certum, *Moya* d. 1. q. 8. n. 20. vocans certissimum contra paucos.

643. §. 2. Si quis sine justa causa in eadem Confessione absolutionem repetat super eadem peccata, peccat graviter, quia frustraneum est, & secunda absolutio est irrita defectu novæ materiæ, *Bonac. Stoz* l. 2. n. 86. Si faciat ex scrupulo quo se vult liberare, *Tamb. & Sporer* num. 631 dicunt saltem ordinariè fore veniale tantum quia tum repetit ex metu offendendi Deum & desiderio non nocendi proximo, quæ videtur esse levis imprudentia & injuria non notabilis quæ non fit Sacramento: sed videri debent dicta p. 1. à n. 123. Si autem sit ita perplexus, ut æquè malum esse putet non repetere, quam repetere, poterit nullum esse peccatum, secundum dicta l. 1. à n. 81.

944. §. 3. Si pœnitens statim post Confessionem redeat & sola venialia afferat aut circumstantiæ mortalium non notabiliter aggravantes, repetenda non est absolutio, cum enim id necessarium non sit, videtur esse quædam irreverentia, *Sporer* n. 628. Quod si tamen quis vellet repetere expedit tacitè id facere non formatâ cruce, quod etiam tum videtur observandum, quando novum mortale certum vel dubium est repetenda absolutio, alioquin circumstantes, quæ jam antea viderant absolvi, quandoque respiciantur attulisse novum mortale. Antea tamen tum prius renovandus sit dolor, dicitur 707.

945. §. 4. Absolutio potest ab uno pluribus dantibus simul, sic enim simul absolvuntur multi milites ante prælium, dicendo, absolvo vos à peccatis

is: Con
12. l. 3.
talis ab
virtua
tot Sac
quam C
§. 5
bus dar
quis ha
semel c
& parte
absolv
talia n
Imò fie
dotibu
mea,
Hoc ta
quia ef
Averf
§. 6
veretu
plura j
in rect
etiam
lis illis
gratia
p. 2. n.
modi
tres h
ciunt
grati
sump
unan
terve
sing

is: *Con. Lugo* d. 13. f. 7. *Arr.* d. 50. f. 5. *Aversa* q. 12. f. 3. *Tamb.* De conf. l. 2. c. 10. nu. 5. *Essetque* talis absolutio non quidem formaliter, attamen virtualiter & æquivalenter multiplex, & essent tot Sacramenta, quot homines ponentes aliquam Confessionem & dolorem.

§. 5. Etiam potest absolutio simul à pluribus dari uni, uti habent iidem Authores, nam si quis habens sola venialia, vel etiam mortalia semel confessa, partem eorum confiteretur uni, & partem alteri, posset postea uterque simul absolvere, uti etiam tum, si confessus esset mortalia non confessa uni, & alteri alia venialia. Imò fieri posset, ut idem æger duobus Sacerdotibus diceret, confiteor vobis hæc peccata mea, tumque possent hi eum simul absolvere: Hoc tamen ultimum ordinariè est illicitum, quia est contra Ecclesiæ consuetudinem, *Suar. Aversa.*

§. 6. Si talis pœnitens ita à pluribus absol- veretur, essent plura Sacramenta, quia essent plura iudicia, & multiplicaretur absolutio, quæ in recto importatur, Confessio autem & dolor etiam virtualiter multiplicarentur, hinc singulis illis absolutionibus responderent distinctæ gratiæ, *Lugo* n. 166. *Aversa* supra contra *Gormi.* p. 2. n. 218. & alios. *Opponit Arr.* n. 27. tres ejusmodi absolutiones habere se sicut se habent tres hostiæ, quas aliquis simul sumit, quæ faciunt unum Sacramentum & unicam causant gratiam. *Sed contra est*, nam tres hostiæ simul sumptæ faciunt unum cibum, & cadunt sub unam tantum sumptionem, quæ autem hic interveniunt, non faciunt unum iudicium, sed singuli seorsim sunt Judices, feruntque distin-

Etas sententias, ergo sunt plura iudicia. Necessarium simile in Baptismo, quem duo simul conferrent uni puero, quia cum Baptismus non sit iterabilis & unicum habeat finem, qui est spiritualiter regenerare, unicus valet, ideoque tales duo Baptismi censerentur unus moraliter: è contra Sacramentum Pœnitentiæ est iterabile, & eius finis est etiam per plures gratias sæpius remittere peccata, ergo plures absolutiones non necessariò faciunt unum moraliter Sacramentum.

648. §. 7. Si pœnitens confessus coram multis voluisset ab uno tantum absolvi, & plures simul absolverent, non conficerentur plura Sacramenta, quia pœnitens non voluit plura: conficeretur tamen unum, quia quamvis petierit tantum tantum absolutionem, tamen non excludit plures, nec unius absolutio tollit vim alterius, sed omnes sunt moraliter una, *Lugo n. 175. supra.*

649. §. 8. Si plures simul absolventes uterentur hac formâ, *absolvimus te à peccatis, Dur. Suar. n. 6. Aversa supra*, aliique probabilis dicitur contra *Vasq. Con. Lugo n. 176.* validè absolventes, quia sicuti valori hujus formæ, *absolvo vos* non obstat, quòd significetur consortium pluriarium absolventium, ita nec valori illius, *absolvimus te*, quòd significetur consortium pluriarium absolventium, in neutra enim ponitur aliquid repugnans significationi à Christo interpositæ. Et simile est, si Deus dispensaret cum aliquo ut posset duas uxores ducere, si enim diceret *accipio vas in uxores*, illæ possent respondere *nos accipimus te in virum*, foretque validum cum singulis Matrimonium.

§. 9. Dicendo *absolvimus te*, possent absolvi- 650.

re, vel singuli totaliter, id est, unus independenter ab altero, vel singuli partialiter tantum, id est, unus dependenter ab altero & non nisi cum altero, prout ipsi formarent suas intentiones, verba enim sunt ad hoc indifferentia & per intentiones determinari possunt. *Nec obstat*, quod volendo absolvere tantum partialiter, viderentur habere intentionem tantum conditionatam, *ego volo absolvere, si tu absolvas*, nam non obstat intentio conditionata, si fit de re præsente & purificata, uti dictum est p. i. nu. 79. Deinde non est intentio strictè conditionata, quia sensus est, *volo absolvere, quia tu etiam absolvis*. *Nec iterum obstat*, quod Christus voluerit Ministrum in hoc Sacramento esse in solidum Judicem, nam singuli erunt in solidum Judices, quamvis singuli judicare non velint, nisi etiam judicet alter.

§. 10. Si singuli vellent tantum partialiter 651.
absolvere, & unus proferret formam ante alterum, communis sententia dicit, neutrum absolurum, quia, quando existeret absolutio unius, non existeret absolutio alterius, & tamen singuli volebant absolutionem suam non valere sine absolutione alterius. *Arr.* tamen n. 36. probabiliter putat utramque valituram, dummodo ita sequantur se, ut adhuc censeantur moraliter coexistere: Quid autem futurum sit in casu, quo singuli vellent absolvere, si alter non absolveret, dictum est p. i. n. 74.

§. 11. Non expedit, ut verba absolutionis 652.
omnino altè exprimentur, partim ne plebei ea addiscant & postea abutantur, partim quia absolutio sæpè datur sub conditione aut omnino non datur, ergo ut circumstantes non adver-

tant, quando nam id fiat, præstat se assuefacere ad absolutionem, vocaliter quidem, attamen submissè dandam.

653. §. 12. Ritus in absolvendo est servandus pro consuetudine cujusque loci & Ecclesiæ, sic quidam absolunt tecto capite, ut sic se Judices esse ostendant, alii detecto, ut significant se absolute vere nomine Christi, tanquam principalis Judicis: & testatur *Rayn.* sententiam *Sa.* qui volebat fieri tecto capite, esse expunctam à faciente censoribus. Item communiter elevatur manus ad verba, *Indulgentiam*, vel, *Dominus noster*, scilicet matùrque Crux ad verba, *In nomine Patris* &c. Item superpelliceo & stolâ utuntur Confessarii non Regulares, quando in templo publicè audiunt: has tamen cæremonias omittere, per se loquendo, nullum est peccatum, ita cum alii *Stoz* l. 2. n. 83.

Absolvi non posse absentem, probabitur n. 1195. Posse absolutionem dari ante expletam pœnitentiam & ante emendatam vitam, probabitur à n. 1230. Posse dari moribundo sine verbali confessione, dicitur à n. 1156. Quo sensu dari possit absolutio dimidiata, dicitur à n. 1152. Posse absolutionem aliquando, sed non semper differri, dicitur à n. 1764. Posse & debere aliquando dari sub conditione, dicitur à n. 1769.

DUBIUM II.

Qualis contritio requiratur.

654. » **S**uppono, quòd contritio in communi sit
» dolor ac detestatio peccati commissi, cum
» proposito emendandi, ut habet *Trid. Sess. 14. ubi*
» *eam*